τέρας χωρὶς ἡ πόλις ἐς τὸ τῶν νικώντων χωρήσει κράτος." το-
σαῦτα Πάστωρ τε καὶ Ἀσκληπιόδοτος εἰπόντες τοὺς Ἰουδαίους
παρῆγον ἰσχυριζομένους τὴν πόλιν τῶν ἀναγκαίων οὐδενὸς ἐνδεᾶ
ἔσεσθαι, καὶ Γότθοι δὲ φυλάξειν ἀσφαλῶς τὸν περίβολον ἰσχυ-
P 330 ρίζοντο. οἷς δὴ Νεαπολῖται ἠγμένοι ἐκέλευον Βελισάριον ἐνθένδε
ὅτι τάχιστα ἀπαλλάσσεσθαι. ὁ δὲ ἐς τὴν πολιορκίαν καθίστατο.
πολλάκις τε τοῦ περιβόλου ἀποπειρασάμενος ἀπεκρούσθη, τῶν
στρατιωτῶν ἀπολέσας πολλοὺς, καὶ μάλιστα οἷς δὴ ἀρετῆς τι
μεταποιεῖσθαι ξυνέβαινε. τὸ γὰρ Νεαπόλεως τεῖχος τὰ μὲν θα-
λάσσῃ, τὰ δὲ δυσχωρίαις τισὶν ἀπρόσοδόν τε ἦν καὶ τοῖς ἐπιβου-

5. προσεδρείαν] Vulgo προσεδρίαν. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 8. 19. ἐς] εἰς L.

debellaverint, ab ipsis bona amplissima; sin forte vicerit Belisarius, ab eo veniam consequemur. Nemo enim, nisi excors, amorem infeliciter fidelem plectit. Quid vero vobis accidit, ut obsidionem hostilem expaveatis, cum nec ab annona imparati, nec commeatibus interclusi, domi sedeatis in otio, moenibus atque hisce praesidiariis praebentibus securitatem? Si qua certe spes expugnandae urbis Belisario foret, ad factionem eiusmodi, ut equidem sentimus, non accessisset: ac si iustitiae nostraeque utilitati studeret, sibi non committendum putaret, ut terrorem incuteret Neapolitanis, et nostro in Gotthos scelere suam potentiam stabiliret: sed cum Theodato et Gotthis conferret manum, ut in victoris potestatem veniret urbs, sine periculo nostro ac proditione. Sic locuti Pastor et Asclepiodotus, Iudaeos nullam urbi rem necessariam defore affirmantes producunt: Gotthi se moenia tuto servaturos omni asseveratione recipiunt. Quibus promissis inducti Neapolitani, Belisario mandant, inde quamprimum moveat. At ille in obsidionem incubuit. Tentato saepe muro, repulsus est, multis amissis militibus, iisque generosissimis. Ad muros enim Neapolis qua mare, qua derupta loca negabant, aditum, et cum ob alia, tum propter

λεύουσι τά τε ἄλλα καὶ διὰ τὸ ἄναντες εἶναι οὐδαμῇ ἐσβατόν.
καὶ τὸν ὀχετὸν μέντοι, ὃς ἐς τὴν πόλιν εἰσῆγε τὸ ὕδωρ, διελὼν
Βελισάριος, οὐ σφόδρα Νεαπολίτας ἐτάραξεν, ἐπεὶ φρέατα ἐντός
τε ὄντα τοῦ περιβόλου καὶ τὴν χρείαν παρεχόμενα αἴσθησιν τού- B
του σφίσιν οὐ λίαν ἐδίδου.

θ'. Οἱ μὲν οὖν πολιορκούμενοι λανθάνοντες τοὺς πολε-
μίους ἔπεμπον ἐς Ῥώμην παρὰ Θευδάτον βοηθεῖν σφίσι κατὰ τά- C
χος δεόμενοι. Θευδάτος δὲ πολέμου παρασκευήν τινα ἥκιστα
ἐποιεῖτο, ὢν μὲν καὶ φύσει ἄνανδρος, ὥσπερ μοι ἔμπροσθεν εἴ-
ρηται. λέγουσι δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερόν τι ξυμβῆναι, ὃ μάλιστα
αὐτὸν ἐξέπληξέ τε καὶ εἰς ὀρρωδίαν μείζω ἀπήνεγκεν, ἐμοὶ μὲν οὐ
πιστὰ λέγοντες· καὶ ὣς δὲ εἰρήσεται. Θευδάτος καὶ πρότερον
μὲν οὐκ ἀτέλεστος ἦν τῶν τι προλέγειν ἐπαγγελλομένων τὰς πί- V 17
στεις ποιεῖσθαι, τότε δὲ τοῖς παροῦσιν ἀπορούμενος, ὃ δὴ μά-
λιστα τοὺς ἀνθρώπους ἐς μαντείας ὁρμᾶν εἴωθε, τῶν τινος
Ἑβραίων, δόξαν ἐπὶ τούτῳ πολλὴν ἔχοντος, ἐπυνθάνετο ὁποῖόν
ποτε τῷ πολέμῳ τῷδε τὸ πέρας ἔσται. ὁ δὲ αὐτῷ ἐπήγγειλε χοί- D
ρων δεκάδας τρεῖς καθείρξαντι ἐν οἰκίσκοις τρισὶ καὶ ὄνομα ποιη-
σαμένῳ δεκάδι ἑκάστῃ, Γότθων τε καὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν
βασιλέως στρατιωτῶν, ἡμέρας ῥητὰς ἡσυχῇ μένειν. Θευδάτος
δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίει. καὶ ἐπειδὴ παρῆν ἡ κυρία, ἐν τοῖς οἰκί-
σκοις ἄμφω γενόμενοι ἐθεῶντο τοὺς χοίρους, εὗρόν τε αὐτῶν οἷς
μὲν τὸ Γότθων ἐπῆν ὄνομα δυοῖν ἀπολελειμμένοιν νεκροὺς

14. δὲ] δὴ L. 17. ἐπήγγειλε] ἐπήγγειλλε L. 23. τὸ] Vulgo τῶν.

acclivitatem, insuperabiles erant aggredientibus. Nec multum Belisarius Neapolitanos turbavit, aquaeductu urbis inciso: nam cum intra murorum ambitum essent putei, qui sufficerent usibus necessariis, vix iactura illa sentiebatur.

9. Obsessi, clam hostibus, Romam miserunt, qui promptum a Theodato subsidium peterent. Is vero, ut erat natura ignavus, quemadmodum supra dixi, nullum belli apparatum habebat. Sunt qui causam aliam addant, oblatum nempe prodigium, quod illum perculerit ac terruerit vehementius: id ego etsi iudico incredibile, tamen narrabo. Theodatus, cum antea didicisset divinos consulere et fide dignari, consilii tunc laborans inopia, quae maxime ad exploranda vaticinia impellere solet homines, ex Hebraeo quodam, arte illa celeberrimo, quaesiit, quis exitus belli huius futurus esset? Praecepit ille, ut porcos triginta in cellulas tres, nimirum denos in unamquamque, concluderet, ac primam quidem decadem Gotthos, alteram Romanos, tertiam Imperatoris milites appellaret; tum ad praestitutam diem quiesceret. Morem gessit Theodatus. Ubi dies dicta affuit, ambo cellas ingressi, porcos inspiciunt. Quibuscumque nomen impositum Gotthorum fuerat, eos inve-

ἅπαντας, ζῶντας δὲ ὀλίγων χωρὶς ἅπαντας ἐς οὓς τὸ τῶν βασιλέως στρατιωτῶν ὄνομα ἦν· ὅσοι μέντοι Ῥωμαίων ἐκλήθησαν, τούτοις δὲ ξυνέβη ἀπορρυῆναι μὲν τὰς τρίχας ἅπασι, περιεῖναι δὲ ἐς ἥμισυ μάλιστα. ταῦτα Θευδάτῳ θεασαμένῳ καὶ ξυμβαλ-
P 331 λομένῳ τὴν τοῦ πολέμου ἀπόβασιν δέος φασὶν ἐπελθεῖν μέγα, εὖ εἰδότι ὡς Ῥωμαίοις μὲν ξυμπεσεῖται πάντως τεθνήξεσθαί τε κατὰ ἡμίσεας καὶ τῶν χρημάτων στερήσεσθαι, Γότθοις δὲ ἡσσωμένοις τὸ γένος ἐς ὀλίγους ἀποκεκρίσθαι, ἐς βασιλέα δέ, ὀλίγων οἱ ἀπολουμένων, τὸ τοῦ πολέμου ἀφίξεσθαι κράτος. καὶ διὰ τοῦτο Θευδάτῳ λέγουσιν οὐδεμίαν ὁρμὴν ἐπιπεσεῖν ἐς ἀγῶνα Βελισαρίῳ καθίστασθαι. περὶ μὲν οὖν τούτων λεγέτω ἕκαστος ὥς πη ἐς αὐτὰ πίστεώς τε καὶ ἀπιστίας ἔχει.

Βελισάριος δὲ Νεαπολίταις, κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν πολιορκῶν, ἤσχαλλεν. οὐ γάρ οἱ οὐδὲ προσχωρήσειν αὐτούς ποτε ᾤετο, οὐ μὴν οὐδὲ ἁλώσεσθαι ἤλπιζεν, ἐπεὶ τοῦ χωρίου
B τὴν δυσχολίαν ἀντιστατοῦσαν ὡς μάλιστα εἶχε. καὶ ὁ χρόνος αὐτὸν τριβόμενος ἐνταῦθα ἠνία λογιζόμενον ὅπως μὴ χειμῶνος ὥρᾳ ἐπὶ Θευδάτον τε ἀναγκάζηται καὶ Ῥώμην ἰέναι. ἤδη δὲ καὶ τῷ στρατῷ ἐπήγγειλε ξυσκευάσασθαι, μέλλων ἐνθένδε ὅτι τάχιστα ἀπαλλάσσεσθαι. καί οἱ ἐπὶ πλεῖστον ἀπορουμένῳ εὐτυχίᾳ τοιᾷδε ξυνηνέχθη χρῆσθαι. τῶν τινα Ἰσαύρων ἐπιθυμία ἔσχε τὴν τοῦ ὀχετοῦ οἰκοδομίαν θεάσασθαι, καὶ ὅντινα τρόπον τῇ πόλει τὴν τοῦ ὕδατος χρείαν παρείχετο. ἐσβάς τε τῆς πόλεως ἄποθεν, ὅθεν αὐτὸν διέρρηξε Βελισάριος, ἐβάδιζε πόνῳ οὐδενί,

nere mortuos, duobus demptis; vivos autem omnes, praeterquam paucos, Imperatoris milites, ut vocabant: at Romanorum appellatione donatis setarum defluvium pati contigit: eorum quinque in vita manserunt. Contemplatus haec Theodatus, et coniectura assecutus exitum belli, expavisse dicitur; ut qui probe iam intelligeret fore ut Romanorum fortunae defluerent, eorumque media pars interiret; Gotthorum gens cladibus ad paucos redigeretur, et paucorum morte staret Imperatori victoria. Hinc Theodato ad decernendum cum Belisario nihil animi fuisse ferunt. Porro de his disserat quisque, prout ipsis fidem vel adiungit, vel abrogat.

At Belisarius, Neapolitanos terra marique obsidens, aestuabat. Nam illos nec in deditionem voluntariam concessuros unquam putabat, nec fore sperabat ut vi caperet, repugnante maxime difficultate loci. Nec parum dolebat, quod ibi tempus consumeret, reputans, se coactum iri Theodatum et Romam aggredi hieme. Iamque copiis ut convasarent edixerat, inde mox discessurus; cum illi curis gravissimis fluctuanti, feliciter hoc evenit. Isaurum quemdam cupido cepit inspiciendae structurae aquaeductus, et quo is modo civibus aquae usum praeberet. Ingressus procul ab urbe, ubi illum Belisarius ruperat, expeditissime processit, cum, pro-

ἐπεὶ τὸ ὕδωρ αὐτὸν, ἅτε διερρωγότα, ἐπελελοίπει. ἐπεὶ δὲ ἄγ- H 179 χιστα τοῦ περιβόλου ἐγένετο, πέτρᾳ μεγάλῃ ἐνέτυχεν, οὐκ ἀνθρώπων χερσὶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ πρὸς τῆς φύσεως τοῦ χωρίου ἀποτεθείσῃ. ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἱ τὸν ὀχετὸν δειμάμενοι πάλαι C τὴν οἰκοδομίαν ἐνάψαντες διώρυχα ἐνθένδε ἐποίουν, οὐκ ἐς δίοδον μέντοι ἀνθρώπου ἱκανῶς ἔχουσαν, ἀλλ᾽ ὅσον τῷ ὕδατι τὴν πορείαν παρέχεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ξυνέβαινεν οὐκ εὖρος τὸ αὐτὸ πανταχόσε τοῦ ὀχετοῦ εἶναι, ἀλλὰ στενοχωρία ἐν τῇ πέτρᾳ ἐκείνῃ ὑπηντίαζεν, ἀνθρώπῳ, ἄλλως τε καὶ τεθωρακισμένῳ ἢ ἀσπίδα φέροντι, ἀπόρευτος οὖσα. ταῦτα τῷ Ἰσαύρῳ κατανοήσαντι οὐκ ἀμήχανα ἔδοξεν εἶναι τῷ στρατῷ ἐς τὴν πόλιν ἰέναι, ἢν ὀλίγῳ μέτρῳ τὴν ἐκείνῃ διώρυχα εὐρυτέραν ποιήσωνται. ἅτε δὲ αὐτὸς ἀφανής τε ὢν καὶ τῶν ἡγεμόνων οὐδενὶ πώποτε ἐς λόγους ἥκων τὸ πρᾶγμα ἐς Παύκαριν ἤνεγκεν, ἄνδρα Ἴσαυρον, ἐν τοῖς Βελισαρίου ὑπασπισταῖς εὐδοκιμοῦντα. ὁ μὲν οὖν Παύκα- D ρις τὸν πάντα λόγον αὐτίκα τῷ στρατηγῷ ἤγγειλε. Βελισάριος δὲ τῇ τοῦ λόγου ἡδονῇ ἀναπνεύσας καὶ χρήμασι μεγάλοις τὸν ἄνθρωπον δωρήσασθαι ὑποσχόμενος ἐς τὴν πρᾶξιν ἦγε, καὶ αὐτὸν ἐκέλευεν Ἰσαύρων τινὰς ἑταιρισάμενον ἐκτομὴν ὡς τάχιστα τῆς πέτρας ποιεῖσθαι, φυλασσόμενον ὅπως τοῦ ἔργου μηδενὶ αἴσθησιν δώσουσι. Παύκαρις δὲ, Ἰσαύρους ἀπολεξάμενος πρὸς τὸ ἔργον ἐπιτηδείως πάντῃ ἔχοντας, ἐντὸς τοῦ ὀχετοῦ ξὺν αὐτοῖς λάθρα ἐγένετο. ἔς τε τὸν χῶρον ἐλθόντες, ἵνα δὴ τὴν στενο-

1. ἐπελελοίπει] ἐπιλελοίπει L. 19. ἐκέλευεν] ἐκέλευσεν L. 21. δώσουσι L. δώσωσι P. 22. ἐπιτηδείως] ἐπιτηδείους L a pr. m.

pter labem, nihil aquae inesset. Proxime moenia, saxum ingens offendit, ibi ipsa loci natura, non hominum manibus positum: cui aquaeductum continuaverant veteres eius structores, sic perforato, ut transitum satis laxum daret aquae, negaret viro. Itaque non aequalem ubique habebat latitudinem aquaeductus; sed in eo saxo occurrebant angustiae, viro, praesertim loricato scutatoque imperviae. Isauro, re perspecta, visum est, fieri posse ut in urbem penetraret exercitus, si meatus ille paulum laxaretur. Et quoniam homo erat obscurus, nec sermonem cum ullo duce unquam habuerat, Paucaridi Isauro, inter Belisarii scutarios inclyto, rem aperuit: extemplo indicavit Paucaris Belisario: qui prae nuntii voluptate respirans, hominem ad manum operi admovendam, promissa grandi pecunia, impulit, iussit assumere Isauros aliquot, et rupem quamprimum exscindere, ea cautione adhibita, ut nemo persentisceret. Paucaris cum Isauris, quos delegit incepto huic omnino idoneos, aquaeductum occulte subiit. Ad locum, quem arctabat cautes, progressi, opus

χωρίαν ἡ πέτρα ἐποίει, ἔργου εἴχοντο, οὐκ ἀξίναις τὴν πέτραν
οὐδὲ πελέκεσι τέμνοντες, ὅπως μὴ ἔκδηλα τῷ κτύπῳ τοῖς πολε-
P 332 μίοις ποιήσωσι τὰ πρασσόμενα, ἀλλὰ σιδηρίοις τισὶν ὀξέσιν αὐ-
τὴν ἐνδελεχέστατα ξύοντες. καὶ χρόνῳ ὀλίγῳ κατείργαστο, ὥστε
V 18 ἀνθρώπῳ δυνατὰ εἶναι θώρακά τε ἀμπεχομένῳ καὶ ἀσπίδα φέ-
ροντι ταύτῃ ἰέναι.

Ἐπεὶ δὲ ἅπαντα ἤδη ὡς ἄριστα εἶχεν, ἔννοια Βελισαρίῳ
ἐγένετο ὡς, ἢν πολέμῳ ἐς Νεάπολιν τῷ στρατῷ ἐσιτητὰ εἴη,
τοῖς τε ἀνθρώποις ἀπολωλέναι ξυμβήσεται καὶ ἄλλα ξυμπεσεῖν
ἅπαντα, ὅσα πόλει πρὸς πολεμίων ἁλούσῃ γίγνεσθαι εἴωθε.
Στέφανόν τε εὐθὺς μεταπεμψάμενος ἔλεξε τοιάδε „Πολλάκις εἶ-
δον πόλεις ἁλούσας καὶ τῶν τηνικαῦτα γινομένων εἰμὶ ἔμπειρος.
τοὺς μὲν γὰρ ἄνδρας ἀναιροῦσιν ἡβηδὸν ἅπαντας, γυναῖκας δὲ
B θνήσκειν αἰτουμένας οὐκ ἀξιοῦσι κτεῖναι, ἀλλ᾽ ἐς ὕβριν ἀγόμε-
ναι πάσχουσιν ἀνήκεστά τε καὶ ἐλέους πολλοῦ ἄξια. παῖδας δὲ
οὔτε τροφῆς οὔτε παιδείας οὕτω μεταλαχόντας δουλεύειν ἀνάγκη,
καὶ ταῦτα τοῖς πάντων ἐχθίστοις, ὧν ἐν ταῖς χερσὶ τὸ τῶν πα-
τέρων αἷμα τεθέανται. ἐῶ γάρ, ὦ φίλε Στέφανε, λέγειν τὸ
πῦρ, ᾧ τά τε ἄλλα χρήματα καὶ τὸ τῆς πόλεως ἀφανίζεται κάλ-
λος. ταῦτα Νεάπολιν τήνδε ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ ταῖς πρότερον
ἁλούσαις πόλεσιν ὁρῶν πάσχουσαν, αὐτῆς τε καὶ ὑμῶν ἐς οἶκτον
ἥκω. μηχαναὶ γάρ μοι πεποίηνται νῦν ἐς αὐτήν, ἣν μὴ οὐχὶ
C ἁλῶναι ἀδύνατον. πόλιν δὲ ἀρχαίαν καὶ οἰκήτορας Χριστιανοὺς

4. ξύοντες] ξέοντες Vat. 16. παιδείας] παιδίας L. 17. ταῦτα] ταυτὰ Pm.

inchoant urgentque, non asciis, nec securibus caedentes saxum, ne sonitus rem hosti proderet; sed acutis quibusdam ferramentis illud radentes sine ulla intermissione, brevi tempore tantum effecerunt, ut indutus lorica vir et clypeum ferens transire posset.

Cuncta iam optime se habebant, cum Belisarius in hanc venit cogitationem, si in urbem exercitus vi irrumperet, secuturam hinc stragem hominum, et quaecunque in urbe ab hoste capta patrari solent. Quocirca accitum illico Stephanum sic affatur. *Captas urbes persaepe vidi, et quae usu tunc veniunt, usu cognovi. Summa licentia desaevit in viros ferrum ad internecionem: foeminis, licet mortem peroptantibus, parcit, ad ludum contumeliosum reservans, in quo dira et miseratione digna patiuntur: liberali cultu et educatione privati pueri, servire necesse habent, idque inimicissimis, quorum manus paterno cruore tinctas viderunt. Omitto incendia, amice Stephane, quae divitias atque urbis nitorem delent. Nunc, dum eadem, quae captis antea urbibus contigerunt, patientem Neapolin hanc, tanquam in speculo, contemplor; ipsius me et vestri miseret. In eam enim ita paratas habeo machinas, ut facere non possit quin capiatur. Nollem certe urbe antiqua, quae incolas Christianos ha-*

τε καὶ Ῥωμαίους ἄνωθεν ἔχουσαν ἐς τοῦτο τύχης οὐκ ἂν εὐξαίμην, ἄλλως τε καὶ ὑπ' ἐμοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦντος, ἐλθεῖν, μάλιστα ἐπεὶ βάρβαροι πολλοί μοι τὸ πλῆθος ἐν τῷ στρατοπέδῳ εἰσὶν, ἀδελφοὺς ἢ ξυγγενεῖς πρὸ τοῦδε ἀπολωλεκότες τοῦ τείχους· ὧν δὴ κατέχειν τὸν θυμὸν, ἢν πολέμῳ τὴν πόλιν ἕλωσιν, οὐκ ἂν δυναίμην. οὐκοῦν ἕως ἔτι τὰ ξυνοίσοντα ἑλέσθαι τε καὶ πράσσειν ἐφ' ὑμῖν ἐστι, βουλεύεσθε μὲν τὰ βελτίω, φεύγετε δὲ ξυμφοράν· ἧς, ὡς τὸ εἰκὸς, ξυμπιπτούσης ὑμῖν οὐ τὴν τύχην δικαίως, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν αἰτιᾶσθε γνώμην.“ τοσαῦτα εἰ- D
πὼν Βελισάριος Στέφανον ἀπεπέμψατο. ὃς ἐς Νεαπολιτῶν τὸν δῆμον παρῆλθε δεδακρυμένος τε καὶ πάντα ξὺν οἰμωγῇ ἀγγέλλων ὅσα Βελισαρίου λέγοντος ἤκουσεν. οἱ δὲ (οὐδὲ γὰρ ἦν Νεαπολίτας ἀθῴους βασιλεῖ κατηκόους γενέσθαι) οὔτε ἔδεισάν τι οὔτε Βελισαρίῳ προσχωρεῖν ἔγνωσαν.

ι'. Τότε δὴ καὶ αὐτὸς τὰ ἐς τὴν εἴσοδον κατεστήσατο P 333
ὧδε. ἄνδρας ἀμφὶ τετρακοσίους ἀπολεξάμενος περὶ λύχνων ἀφὰς, καὶ ἄρχοντας αὐτοῖς ἐπιστήσας Μάγνον τε, ὃς ἱππικοῦ καταλόγου ἡγεῖτο, καὶ τῶν Ἰσαύρων ἀρχηγὸν τὸν Ἔννην, θωρακίσασθαί τε ἅπαντας καὶ τάς τε ἀσπίδας τά τε ξίφη ἀνελομένους ἡσυχάζειν, ἄχρις αὐτὸς σημήνῃ, ἐκέλευε. καὶ Βέσσαν μεταπεμψάμενος αὐτοῦ μένειν ἐπήγγειλε· βούλεσθαι γὰρ ξὺν αὐτῷ H 180

7. βουλεύεσθε] βουλεύσασθε L. ibid. φεύγετε] Vulgo φύγετε. 11. ἀγγέλλων] ἀγγέλων L. 12. οὐδὲ γὰρ ἦν] Vat. οὐδὲν δεῖ. Fort. οὐ γὰρ ἔδει. Malt. 17. ἄρχοντας] ἄρχοντα HL. 20. Βέσσαν] βέσαν HL hic et similiter infra.

bet se Romanos iam inde olim, in eiusmodi calamitatem incideret, praesertim ducente me Romanorum exercitum, et habente in castris complures Barbaros; quorum iram inhibere non potero, si impressione ceperint urbem, pro cuius moenibus fratres et consanguineos amiserunt. Ergo dum vobis integrum est potiora eligere et pacisci, in melius referte consilia, et calamitatem vitate: quae cum, ut apparet, vobis inciderit, vestram merito pervicaciam, non Fortunam culpabitis. His dictis, remisit Stephanum Belisarius. Ille ad populum Neapolitanum processit lacrimans, et cum gemitu retulit quaecunque Belisarium dicentem audiverat. Ii vero nec metum cepere, nec deditionis Belisario faciendae consilium. Nimirum Deus Imperatori subdere Neapolitanos nolebat, nisi male mulctatos.

10. Tunc Belisarius ad irruptionem faciendam ita res comparavit. Vesperi, prima face, virorum circiter CD. delectu habito, cum Magnum, turmae equestris Ducem, et Ennem, cui parebant Isauri, illis praefecisset, edixit omnibus ut loricas induerent, et scutis ensibusque instructi, mandata sua quiete expectarent. Accersitum Bessam a se digredi vetuit,

βουλήν τινα περὶ τοῦ στρατοπέδου ποιήσασθαι· καὶ ἐπειδὴ πόρ- B ρω ἦν τῶν νυκτῶν, Μάγνῳ τε καὶ Ἔννῃ τὰ σφίσι παρόντα εἰπὼν καὶ τὸ χωρίον ἐπιδείξας, οὗ πρότερον τὸν ὀχετὸν ἔτυχε διαρρήξας, τοῖς τετρακοσίοις ἐς τὴν πόλιν ἐξηγήσασθαι, λύχνα ἀνελομένους, ἐκέλευε. καὶ ἄνδρας δύο ταῖς σάλπιγξι χρῆσθαι ἐπισταμένους ξὺν αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὅπως, ἐπειδὰν τοῦ περιβόλου ἐντὸς γένωνται, τήν τε πόλιν ξυνταράξαι καὶ τὰ πρασσόμενα σημῆναι σφίσιν οἷοί τε ὦσιν. αὐτὸς δὲ κλίμακας ὅτι πλείστας πρότερον πεποιημένας ἐν παρασκευῇ εἶχεν. οἱ μὲν οὖν ἐς τὸν ὀχε- C τὸν ὑποδύντες ἐπὶ τὴν πόλιν ἐβάδιζον, αὐτὸς δὲ ξὺν τῷ Βέσσᾳ καὶ Φωτίῳ αὐτοῦ ἔμενε καὶ ξὺν αὐτοῖς ἅπαντα ἔπρασσε. πέμψας δὲ καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον, ἐγρηγορέναι τε καὶ τὰ ὅπλα ἐν χερσὶν ἔχειν ἐπέσαττε. καὶ πολλοὺς μέντοι ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν, οὓς δὴ εὐτολμοτάτους ᾤετο εἶναι. τῶν δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ἰόντων V 19 οἱ ὑπὲρ ἥμισυ κατωρρωδηκότες τὸν κίνδυνον ὀπίσω ἀπεκομίζοντο. οὓς ἐπεὶ Μάγνος ἕπεσθαί οἱ, καίπερ πολλὰ παραινέσας, οὐκ ἔπειθε, παρὰ τὸν στρατηγὸν ξὺν αὐτοῖς ἐπανῆκε. τούτους δὲ Βελισάριος κακίσας καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀπολέξας διακοσίους D ξὺν Μάγνῳ ἰέναι ἐκέλευεν. ὧν δὴ καὶ Φώτιος ἡγεῖσθαι θέλων, ἐς τὴν διώρυχα ἐσεπήδησεν· ἀλλὰ Βελισάριος αὐτὸν διεκώλυσεν. αἰσχυνθέντες δὲ τοῦ τε στρατηγοῦ καὶ Φωτίου τὴν λοιδορίαν καὶ ὅσοι τὸν κίνδυνον ἔφευγον, αὖθις αὐτὸν ὑποστῆναι τολμήσαντες ξὺν αὐτοῖς εἵποντο. Βελισάριος δὲ δείσας μὴ τῶν πολεμίων τισὶ

8. ὦσιν P ex Vat. εἶεν Reg. εἶναι HL, sed εἶεν Lm. 15. οἱ ὑπὲρ] οἱ om. Vat. 17. παρὰ] περὶ L a pr. m.

habere se dicens quae cum ipso de exercitu constitueret. Adulta nocte, Magno et Enni, quo iam res deducta esset, aperuit, ac monstrans locum, ubi prius aquaeductum inciderat, praecepit, ut, sumptis lucernis, quadringentos illos in urbem inducerent. Comites addidit tubicines duos; qui, urbem ingressi, eam clangore turbarent, suisque significarent eventum rei. Ipse scalas quamplurimas, iam ante fabricatas, habebat in expedito, ac dum illi, qui subierant aquaeductum, ad urbem procedebant, cum Bessa ac Photio ibi stans, cum ipsis omnia disponebat. Tum dimissis per castra, qui vigilare omnes iuberent, et habere arma in manibus; quos maxime valere animo iudicabat, eorum agmine se succinxit. Ad urbem vero suggredientium pars maior, periculo territa, pedem retulit: quos vehementer quidem, sed frustra ad se hortando revocare conatus Magnus, cum illis ad militiae Magistrum rediit. Eos male verbis accepit Belisarius, lectosque e circumstantibus ducentos, cum Magno ire iussit. His ducem se Photius praebere volens, in canalem insiluit: sed vetuit Belisarius porro pergere. Pudore demum, quem Magistri militum Photiique exprobratio incutiebat, incensi omnes, quicumque periculum refugerant, illudque ausi subire denuo, eos secuti sunt. At veritus Beli-

τῶν πρασσομένων αἴσθησις γένηται, οἵ δὴ ἐς τὸν πύργον φυλακὴν εἶχον, ὃς τοῦ ὀχετοῦ ἄγχιστα ἐτύγχανεν ὤν, ἐνταῦθά τε ἦλθε καὶ Βέσσαν ἐκέλευε τῇ Γότθων φωνῇ διαλέγεσθαι τοῖς P 334
ταύτῃ βαρβάροις, ὅπως δὴ μή τις αὐτοῖς ἐκ τῶν ὅπλων πάταγος ἔναυλος εἴη. καὶ Βέσσας μὲν αὐτοῖς ἀναβοήσας μέγα προσχωρεῖν Βελισαρίῳ παρῄνει, πολλὰ σφίσιν ἐπαγγελλόμενος ἀγαθὰ ἔσεσθαι. οἱ δὲ ἐτώθαζον, πολλὰ ἐς Βελισάριόν τε καὶ βασιλέα ὑβρίζοντες. ταῦτα μὲν οὖν Βελισαρίῳ καὶ Βέσσᾳ ἐπράσσετο τῇδε.

Ὁ δὲ Νεαπόλεως ὀχετὸς οὐκ ἄχρι ἐς τὸ τεῖχος καλύπτεται μόνον, ἀλλ' οὕτω τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖστον διήκει, κύρτωμα ἐκ πλίνθου ὠπτημένης ὑψηλὸν ἔχων, ὥστε γενόμενοι ἐντὸς τοῦ περιβόλου οἱ ἀμφὶ Μάγνον τε καὶ Ἔννην ἅπαντες οὐδὲ ὅπου ποτὲ γῆς εἰσι ξυμβάλλεσθαι ἠδύναντο. οὐ μὴν οὐδέ πῃ ἀποβαίνειν B
εἶχον, ἕως οἱ πρῶτοι ἐς χῶρον ἵκοντο, οὗ τὸν ὀχετὸν ἀνώροφον ξυνέπεσεν εἶναι καὶ οἴκημα ἦν κομιδῇ ἀπημελημένον. ἐνταῦθα ἔσω γυνή τις ᾤκει, μόνη τε οὖσα καὶ πενίᾳ πολλῇ ξυνοικοῦσα, καὶ δένδρον ἐλαίας καθύπερθεν τοῦ ὀχετοῦ ἐπεφύκει. οὗτοι ἐπειδὴ τόν τε οὐρανὸν εἶδον καὶ ἐν μέσῃ πόλει ᾔσθοντο εἶναι, ἐκβαίνειν μὲν διενοοῦντο, μηχανὴν μέντοι οὐδεμίαν εἶχον, ἄλλως τε καὶ ξὺν τοῖς ὅπλοις, τοῦ ὀχετοῦ ἀπαλλάσσεσθαι. ὑψηλή γάρ τις οἰκοδομία ἐνταῦθα ἐτύγχανεν οὖσα καὶ οὐδὲ ἀνάβασίν τινα

6. ἐπαγγελλόμενος] ἐπαγγελόμενος L. 12. ὠπτημένης] Vulgo ὀπτημένης. 16. ἀπημελημένον] ἀπειλημμένον H. ἀπηλημένον L, ει a m. sec.

serius, ne hostium manipulus, qui in turri, aquaeductui proxima, excubabat, fraudem perciperet, eo se contulit, et Bessae imperavit, ut, sermones serendo cum illis Gotthice, ipsorum aures teneret, quo minus armorum sonitum acciperent. Bessas magna voce eos inclamans, ut sese Belisario dederent, hortari coepit, bona pollicens plurima. Illi ridicula et sannas in Belisarium ipsumque Imperatorem pleno ore mittebant. Ita se Belisarius ac Bessas ibi gesserunt.

Cum autem Neapolis aquaeductus non solum ad muros usque tectus sit, sed in urbem etiam longe excurrat, altum habens fornicem e coctili latere, hinc factum est, ut intra murum urbis progressi omnes, quos Magnus atque Ennes ducebant, nec, ubi terrarum essent, coniicere, nec uspiam exire potuerint: donec primi devenere in locum, ubi caelo canalis patebat, eratque domus admodum neglecta; quam sola, eaque pauperrima, muliercula incolebat: ibidem super aquaeductu enata olea in arborem creverat. Simul ac videre caelum, et in urbe media se esse intellexerunt, erumpere consilium fuit: sed nulla ars suppetebat, qua, praesertim cum armis, canali egrederentur. Erant enim alti parietes, nec

ἔχουσα. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ πλεῖστον ἀπορουμένων καὶ ἐς στενοχωρίαν πολλὴν ξυνιόντων (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ὄπισθεν ἰόν- C *των πολύς τε ξυνέρρει ὅμιλος), ἐγένετο αὐτῶν τινι ἔννοια τῆς ἀνόδου ἀποπειρᾶσθαι. καταθέμενος οὖν αὐτίκα τὰ ὅπλα, ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ τὴν ἀνάβασιν βιασάμενος, ἐς τὸ τῆς γυναικὸς οἴκημα ἦλθε. καὶ αὐτὴν ἐνταῦθα ἰδών, ἢν μὴ σιωπῴη, κτείνειν ἠπείλησεν. ἡ δὲ καταπλαγεῖσα ἄφωνος ἔμεινε. καὶ ὃς ἐκ τοῦ πρέμνου τῆς ἐλαίας ἱμάντα τινὰ ἰσχυρὸν ἀναψάμενος τὴν ἑτέραν τοῦ ἱμάντος ἀρχὴν ἐς τὸν ὀχετὸν ἔρριψεν. οὗ δὴ λαβόμενος τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἀνέβαινε μόλις. ἐπεὶ δὲ ἀναβεβήκεισαν ἅπαντες, τῆς τε νυκτὸς τὸ τεταρτημόριον ἔτι ἐλείπετο, χωροῦσιν ἐπὶ τὸ τεῖχος· καὶ πύργων δύο τοὺς φύλακας, οὐδέν τι αἰσθανομένους τοῦ κακοῦ, κτείνουσιν ἀμφὶ τὰ πρὸς βορρᾶν τοῦ* D *περιβόλου, ἔνθα Βελισάριος ξὺν τῷ Βέσσᾳ καὶ Φωτίῳ εἱστήκει, καραδοκῶν τὰ πρασσόμενα. καὶ οἱ μὲν ἐς τὸ τεῖχος ταῖς σάλπιγξιν ἐκάλουν, Βελισάριος δὲ τῷ περιβόλῳ τὰς κλίμακας ἐρείσας τοὺς στρατιώτας ἐνθένδε ἀναβαίνειν ἐκέλευε. τῶν δὲ κλιμάκων οὐδεμίαν διήκειν ἄχρι ἐς τὰς ἐπάλξεις ξυνέβαινεν. ἅτε γὰρ αὐτὰς οὐκ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς οἱ τεχνῖται ποιούμενοι μέτρου τοῦ καθήκοντος οὐχ οἷοί τε ἐξικνεῖσθαι ἐγένοντο. διόπερ δύο ἐς ἀλ-* H 181 *λήλας ξυνδέοντες καὶ ἐπ' ἀμφοῖν ἀναβαίνοντες οὕτω δὴ τῶν ἐπάλξεων καθυπέρτεροι οἱ στρατιῶται ἐγίνοντο. ταῦτα μὲν οὖν Βελισαρίῳ ἐφέρετο τῇδε.*

3. *πολύς τε*] *πολύς τις?* 9. *ἔρριψεν*] *ἔρριψαν* L. 18. *οὐδεμίαν*] Vulgo *οὐδὲ μίαν.*

ascensum praebebant. Militibus valde animo fluctuantibus, et angustiori in spatio se comprimentibus (iam enim pone sequentium magnus numerus confluebat) cuidam in mentem venit ascensum tentare. Itaque positis confestim armis, manibus pedibusque eniteus, ad mulieris domum evasit, eamque ibi nactus, ipsi mortem, ni taceret, minatus est. Illa prae ingenti metu obmutuit. Is vero, cum ex oleae caudice lorum validum religasset, alteram eius partem extremam in aquaeductum demisit: qua singuli milites apprehensa, foras aegre se sustulerunt. Quarta pars noctis adhuc supererat, cum suggressi omnes ad moenia succedunt, ac turrium duarum custodes incautos trucidant, ad illam murorum partem, quae Septentrionem spectat: ubi Belisarius cum Bessa ac Photio stabat, incepti successum cupidissime expectans. Illi tubis vocarunt ipsos ad murum: cui scalas cum applicuisset Belisarius, et inde milites iussisset ascendere, accidit, ut nullae pinnas pertingerent: quippe fabricati illas in occulto opifices, non potuerant iustam assequi longitudinem. Quare binis invicem colligatis, per utrasque scandendo, milites pinnas superavere. Ibi res Belisario sic procedebat.

Ἐς δὲ τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν τοῦ περιβόλου, ἔνθα οὐχ οἱ P 335
βάρβαροι, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι φυλακὴν εἶχον, οὔτε ταῖς κλίμαξι χρῆ-
σθαι οὔτε ἀναβαίνειν ἐς τὸ τεῖχος οἱ στρατιῶται ἐδύναντο. οἱ
γὰρ Ἰουδαῖοι τοῖς πολεμίοις ἤδη προσκεκρουκότες, ἐμπόδιοί τε
γεγενημένοι ὅπως μὴ τὴν πόλιν ἀμαχητὶ ἕλωσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ
ἐλπίδα οὐδεμίαν ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντες, καρτερῶς τε, καίπερ αὐτοῖς
τῆς πόλεως ἤδη ἁλούσης, ἐμάχοντο καὶ τῇ τῶν ἐναντίων προσ-
βολῇ παρὰ δόξαν ἀντεῖχον. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο καὶ τῶν ἀνα-
βεβηκότων τινὲς ἐς αὐτοὺς ᾔεσαν, οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ ὄπισθεν
βαλλόμενοι ἔφευγον, καὶ κατὰ κράτος Νεάπολις ἥλω. καὶ τῶν B V 20
πυλῶν ἤδη ἀνακεκλιμένων ἅπας ὁ Ῥωμαίων στρατὸς εἰσῄει. ὅσοι
δὲ ἀμφὶ πύλας ἐτετάχατο τὰς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τετραμμένας,
ἐπεὶ κλίμακες σφίσι παροῦσαι οὐδαμοῦ ἔτυχον, ταύτας δὴ τὰς
πύλας ἀφυλάκτους παντάπασιν οὔσας ἔκαυσαν. ἔρημον γὰρ ἀν-
δρῶν τὸ ἐκεῖ τεῖχος, ἅτε τῶν φυλάκων δρασμῷ χρησαμένων,
ἐγένετο, φόνος τε ἐνταῦθα πολὺς ἐγεγόνει. θυμῷ γὰρ ἐχόμενοι
ἅπαντες, ἄλλως τε καὶ ὅσοις ἀδελφόν τινα ἢ ξυγγενῆ ἀποθανεῖν
τειχομαχοῦντα τετύχηκε, τὸν ἐν ποσὶν ἀεὶ, οὐδεμιᾶς ἡλικίας φει-
δόμενοι, ἔκτεινον, ἔς τε τὰς οἰκίας ἐσβάλλοντες παῖδας μὲν καὶ
γυναῖκας ἠνδραπόδισαν, τὰ δὲ χρήματα ἐληίσαντο, καὶ πάν- C
των μάλιστα οἱ Μασσαγέται, οἳ οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἀπεχόμενοι πολ-

2. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ. 6. Post οὐδεμίαν in L signum lacunae et in marg. λείπει. ibid. ἐπ' αὐτοῖς] ἐπ' αὐτοὺς Vat. αὐτοῖς ὦσιν HL. Unde Grotius ἢν ἐπ' αὐτοῖς ὦσιν. 8. παρὰ δόξαν Vat. Vulgo παραδόξως. 14. ἀφυλάκτους] Vulgo ἀφυλάκτως. 21. ἱερῶν] ἱερέων L: illud Lm.

Interea ad maritimam murorum partem, non Barbarorum sed Iudaeorum custodiis munitam, nec scalis uti milites, nec ascendere poterant. Sibi enim conscii Iudaei, se in offensionem hostium cecidisse, oblato ipsis impedimento, quo minus urbe citra pugnam potirentur; eam ob causam, acti desperatione, fortiter pugnabant, quamvis urbe iam capta, ac praeter opinionem hostilem impetum sustinebant. Ubi illuxit, pars eorum, qui ascenderant, illos invasit: tum a tergo appetiti telis, fugerunt; vi atque impressione Neapolis capta est, ac portis iam reclusis, Rom. omnis exercitus intravit. Qui ad portas, orienti Soli obversas, locati fuerant, cum scalae nusquam praesto essent, igni valvas corruperunt, nullis defensas custodibus: iam enim his fuga dilapsis, pars illa muri plane vacabat. Ingens tum caedes facta. Nam omnes, praesertim quicumque fratrem vel propinquum in oppugnatione amiserant, ira furentes, obvium quemque, sine ullo aetatis discrimine, mactabant. Ingressi domos, pueros feminasque sua faciebant mancipia, et opes diripiebant: in primis Massagetae; qui ne a templis quidem vim abstinentes, multis, qui se il-

λους τῶν ἐς αὐτὰ φυγόντων ἀνεῖλον, ἕως Βελισάριος πανταχόσε περιιὼν διεκώλυσέ τε καὶ ξυγκαλέσας ἅπαντας ἔλεξε τοιάδε „Ἐπειδὴ νενικηκέναι τε ἡμῖν δέδωκεν ὁ θεὸς καὶ ἐπὶ πλεῖστον εὐδοξίας ἀφῖχθαι, πόλιν ἀνάλωτον πρότερον οὖσαν ὑποχειρίαν ἡμῖν ποιησάμενος, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς τε μὴ ἀναξίους εἶναι τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐς τοὺς ἡσσημένους φιλανθρωπίᾳ τὸ δικαίως κεκρατηκέναι τούτων ἐνδείκνυσθαι. μὴ τοίνυν ἀπέραντα Νεαπολίτας μισήσητε, μηδὲ ὑπερόριον τοῦ πολέμου τὸ εἰς αὐ-
D τοὺς ἔχθος ποιήσητε. τοὺς γὰρ ἡσσημένους οὐδεὶς τῶν νενικηκότων ἔτι μισεῖ. κτείνοντές τε γὰρ αὐτοὺς οὐ πολεμίων ἀπαλλαγήσεσθε τὸ λοιπὸν, ἀλλὰ θανάτῳ ζημιωθήσεσθε τῶν ὑπηκόων. οὐκοῦν ἀνθρώπους τούσδε μηδὲν ἐργάσησθε περαιτέρω κακὸν, μηδὲ τῇ ὀργῇ πάντα χαρίζεσθε. αἰσχρὸν γὰρ τῶν μὲν πολεμίων κρατεῖν, τοῦ δὲ θυμοῦ ἥσσους φαίνεσθαι. ὑμῖν δὲ χρήματα μὲν τὰ ἄλλα γινέσθω τῆς ἀρετῆς ἆθλα, γυναῖκες δὲ τοῖς ἀνδράσι ξὺν τοῖς παισὶν ἀποδιδόσθωσαν. μανθανέτωσαν δὲ οἱ νενικημένοι τοῖς πράγμασιν ἡλίκων ἐξ ἀβουλίας ἐστέρηνται φίλων.“ τοσαῦτα εἰπὼν Βελισάριος τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ παιδία καὶ τὰ ἄλλα ἀνδράποδα Νεαπολίταις πάντα ἀφῆκεν, ὕβρεως οὐδεμιᾶς ἐς πεῖραν ἐλθόντας, καὶ αὐτοῖς τοὺς στρατιώτας διήλλαξεν. οὕτω τε Νεαπολίταις ξυνηνέχθη ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ αἰχμαλώτοις τε

5. καὶ ἡμᾶς τε] Offendit τε. 8. αὐτοὺς] τοὺς L, του a m. sec. 10. Post μισεῖ in L signum lacunae et in marg. λείπει. 16. ἀποδιδόσθωσαν] ἀποδιδόσθω L, σαν a m. sec.

lis commiserant, necem intulerunt. Ita saevitum est, donec Belisarius, quoquoversum discurrens, prohibuit, et advocata concione sic verba fecit. *Postquam Deus victoriam et insignem gloriam nobis tribuit, urbe, quae hactenus inexpugnabilis fuerat, in nostram potestatem subiuncta, non oportet indignos praestare nos tali gratia; sed multa erga victos humanitate ostendere, a nobis illos merito subactos esse. Nolite igitur odium in Neapolitanos exercere perpetuum, neque ultra belli finem illud producite. Nemo victor iam victos odit: quod si ipsos interimatis, non iam tolletis hostes de medio, verum subditos morte mulctabitis. Itaque nocendi his finem facite, nec irae sic indulgete, ut illi omnia permittatis. Turpe enim est iracundia videri vinci victores hostium. Vobis eorum omnes pecuniae in praemium bellicae virtutis cedant: at viris reddantur cum liberis coniuges: atque hinc discant victi, quales amicos sua ipsis temeritas in tempore eripuerit.* Hac Belisarius habita oratione, Neapolitanis uxores, liberos ac caeteros captivos omnes dimisit, nullam vim turpem expertos, ipsisque animos militum reconciliavit. Ita factum est, ut Neapolitani illo uno die libertatem amiserint receperintque, et ad suas

γενέσθαι καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀνασώσασθαι καὶ τῶν χρημάτων τὰ P 336 τιμιώτατα ἀνακτήσασθαι. ἐπεὶ αὐτῶν ὅσοι χρυσὸν ἢ ἄλλο τι τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες ἔτυχον, οὗτοι δῆτα πρότερον ἐς γῆν κατορύξαντες ἀπεκρύψαντο, καὶ ταύτῃ τοὺς πολεμίους λαθεῖν ἴσχυσαν αὐτοῖς χρήμασι τὰς οἰκίας ἀπολαβόντες. ἥ τε πολιορκία ἐς ἡμέρας μάλιστα εἴκοσιν κατατείνασα ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Γότθους δὲ τοὺς τῇδε ἁλόντας οὐχ ἥσσους ἢ ὀκτακοσίους ὄντας κακῶν ἀπαθεῖς Βελισάριος παντάπασι διαφυλάξας, οὐκ ἐλασσόνως ἢ τοὺς στρατιώτας τοὺς αὐτοῦ ἐν τιμῇ εἶχε.

Πάστωρ δὲ, ὃς ἐς ἀπόνοιαν, ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται, B τὸν δῆμον ἐνῆγεν, ἐπεὶ τὴν πόλιν ἁλισκομένην εἶδεν, ἐς ἀποπληξίαν ἐξέπεσε καὶ ἐξαπίνης ἀπέθανεν, οὔτε νοσήσας πρότερον οὔτε ἄλλο τι πρὸς οὐδενὸς παθὼν ἄχαρι. Ἀσκληπιόδοτος δὲ, ὃς ξὺν αὐτῷ ταῦτα ἔπρασσε, ξὺν τῶν λογίμων τοῖς περιοῦσι παρὰ Βελισάριον ἦλθε. καὶ αὐτῷ Στέφανος ἐπιτωθάζων ἐλοιδορεῖτο ὧδε „Ὅρα, ὦ κάκιστε ἀνθρώπων ἁπάντων, οἷα κακὰ τῇ πατρίδι εἰργάσω, τῆς ἐς Γότθους εὐνοίας τὴν τῶν πολιτῶν ἀποδόμενος σωτηρίαν. εἶτα εἰ μὲν τοῖς βαρβάροις εὖ ἐγεγόνει τὰ πράγματα, ἠξίωσας ἂν ἔμμισθός τε αὐτὸς πρὸς ἐκείνων εἶναι καὶ H 182 ἡμῶν ἕκαστον τῶν τὰ βελτίω βεβουλευμένων τῆς ἐς τοὺς Ῥω- C μαίους προδοσίας ὑπαγαγεῖν. ἐπεὶ δὲ τὴν πόλιν βασιλεὺς εἷλε, σεσώσμεθα δὲ τῇ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῇ, οὕτω δὴ εἰσελθεῖν

3. ἐπιτηδείων Reg. et LHm. Vulgo ἐπιτιμίων. 8. παντάπασι L. παντάπασιν P. 12. ἐξέπεσε L. ἐξέπεσεν P. ἐσέπεσεν Pm. Frustra.

pretii maioris pecunias redierint. Nam qui aurum aliudve pretiosum habuerant, id iam ante abdiderant, infossum terrae. Itaque inscientibus hostibus, pecunias pariter cum domibus recuperarunt. Hunc habuit exitum obsidio, per dies admodum xx. extracta. Captos ibi Gotthos, minimum DCCC. servavit incolumes Belisarius, nec minori in honore quam suos milites habuit.

Pastor, qui plebem, uti supra commemoravi, ad insaniendum perpulerat, ubi captam urbem animadvertit, in apoplexiam incidit, ac repente efflavit animam, cum antea belle haberet, nec eum quisquam molestia affecisset. Asclepiodotus vero, quem ille participem sociumque machinationis habuerat, cum optimatibus, qui supererant, Belisarium adiit. Hic ipsum Stephanus huiusmodi convitiis aggressus est. *Vide, mortalium omnium pessime, quae mala patriae importaveris, tuo in Gotthos studio prodita salute civium. Ac si res Barbaris ex sententia successisset, mercedem ab illis accipere, et unumquemque nostrum, qui potiora consilia sequebamur, insimulare proditionis, cum Romanis compositae voluisses. Nunc, postquam Imperator urbem recepit, ac nobis huius viri virtus salutem peperit, adeone inconsiderate ausus es convenire Magi-*

παρὰ τὸν στρατηγὸν ἀνεπισκέπτως ἐτόλμησας, ὅτι οὐδὲν δεινὸν
οὔτε Νεαπολίτας οὔτε τὸ βασιλέως διαπεπραγμένος στρατόπε-
δον.“ Στέφανος μὲν τῇ ξυμφορᾷ περιώδυνος ὢν εἰς Ἀσκληπιό-
δοτον ταῦτα ἀπέρριψεν. ὁ δὲ αὐτὸν ἀμείβεται τοῖσδε „Λέλη-
θας σεαυτὸν ἐγκωμιάζων ἡμᾶς, ὦ γενναῖε, οἷς δὴ εὔνοιαν τὴν
V 21 πρὸς τοὺς Γότθους ἡμῖν ὀνειδίζεις. εὔνους γάρ τις δεσπόταις
κινδυνεύουσιν, ἣν μὴ ἐκ τοῦ βεβαίου τῆς γνώμης, οὐκ ἄν ποτε
D εἴη. ἐμὲ μὲν οὖν οἱ κρατοῦντες τοιοῦτον τῆς πολιτείας φύλακα
ἕξουσιν οἷον ἀρτίως πολέμιον εὗρον, ἐπεὶ ὁ τῇ φύσει τὸ πιστὸν
ἔχων οὐ ξυμμεταβάλλει τῇ τύχῃ τὴν γνώμην. σὺ δὲ τῶν πρα-
γμάτων οὐχ ὁμοίως αὐτοῖς φερομένων ἑτοίμως ἂν τοὺς τῶν ἐπιόν-
των ἐνδέξαιο λόγους. ὁ γὰρ τὸ τῆς διανοίας νοσῶν ἄστατον ἅμα
τε ἔδεισε καὶ τὴν εἰς τοὺς φιλτάτους ἠρνήσατο πίστιν.“ τοιαῦτα
μὲν καὶ Ἀσκληπιόδοτος εἶπε. Νεαπολιτῶν δὲ ὁ δῆμος, ἐπεὶ
αὐτὸν ἐνθένδε ἀναχωροῦντα εἶδον, ἀθρόοι γενόμενοι, ἅπαντα
αὐτῷ ἐπεκάλουν τὰ παρόντα σφίσι. καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη-
σαν, πρὶν δὴ ἔκτεινάν τε καὶ τὸ σῶμα κατὰ βραχὺ διεσπάσαντο.
οὕτω τε ἐν τῇ Πάστωρος οἰκίᾳ γενόμενοι τὸν ἄνδρα ἐζήτουν.
P 337 τοῖς τε οἰκέταις τεθνάναι Πάστωρα ἰσχυριζομένοις ἥκιστα πι-
στεύειν ἠξίουν, ἕως αὐτοῖς τὸν τοῦ ἀνθρώπου νεκρὸν ἔδειξαν.
καὶ αὐτὸν Νεαπολῖται ἐν τῷ προαστείῳ ἀνεσκολόπισαν. οὕτω
τε Βελισάριον παρῃτήσαντο ἐφ' οἷς δικαίᾳ ὀργῇ ἐχόμενοι ἔδρα-

10. σὺ δὲ] οὐδὲ H. 12. ἐνδέξαιο Vat. Vulgo ἐνδέξῃ.

strum militum; quasi nihil mali nec in Neapolitanos, nec in Caesareum exercitum molitus sis? Sic Stephanus, vicem publicam graviter dolens, in Asclepiodotum erupit stomachum. Is vero respondens, *Non advertis,* inquit, *praeclare vir, te nobis, dum nostram in Gotthos benevolentiam exprobras, praeconium tribuere. Nemo enim, nisi constans animo sit, adductis in periculum dominis studium unquam exhibeat. Me certe victores talem publicae rei suae defensorem habebunt, qualem hostem experti sunt. Nam qui ingenio fideli est, haud mutat animum cum fortuna. Tu vero, si cursus rerum diversus fuerit, quicumque accesserint, oblatam ab ipsis conditionem statim accipies. Etenim qui mentis inconstantia laborat; simul timuit, fidem vel amicissimis pactam deserit.* Haec retulit Asclepiodotus: quem ut inde abeuntem vidit populus Neapolitanus, facto agmine, malorum omnium, quae tunc accidissent, auctorem clamitans, haud prius discessit, quam ipsum contrucidavit, eiusque corpus minutatim discerpsit. Subinde Pastoris domum ingressi, cum eum quaererent, famulis mortuum affirmantibus, credere noluerunt, donec illi monstrarunt cadaver hominis: quod Neapolitani e patibulo suspenderunt in suburbano. Tum Belisarium orarunt, ut eorum quae iusta accensi ira fecissent

σαν, τυχόντες τε αὐτοῦ συγγνώμονος διελύθησαν. οὕτω μὲν Νεαπολῖται ἀπήλλαξαν.

ια'. Γότθοις δέ, ὅσοις ἀμφί τε Ῥώμην καὶ τὰ ἐκείνῃ χωρία ξυνέπεσεν εἶναι, B καὶ πρότερον τὴν Θευδάτου ἡσυχίαν ἐν θαύματι μεγάλῳ ποιουμένοις, ὅτι δὴ ἐν γειτόνων οὖσι τοῖς πολεμίοις οὐ βούλοιτο διὰ μάχης ἰέναι, ἐν σφίσι τε αὐτοῖς ὑποψίᾳ πολλῇ ἐς αὐτὸν χρησαμένοις, ὡς δὴ τὰ τῶν Γότθων πράγματα προδιδοῖ Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἐθελουσίως, ἄλλο τέ οἱ οὐδὲν ἐπιμελὲς εἴη, πλήν γε δὴ ὅπως αὐτὸς ἡσυχῇ βιοτεύοι, ὡς πλεῖστα περιβαλλόμενος χρήματα· ἐπειδὴ ἁλῶναι Νεάπολιν ἤκουσαν, ἅπαντά οἱ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐπικαλοῦντες ἐς χωρίον ξυνελέγησαν C Ῥώμης ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις σταδίοις διέχον, ὅπερ Ῥωμαῖοι καλοῦσι Ῥεγέτα· ἐνθένδε γὰρ ἐνστρατοπεδεύσασθαι σφίσιν ἔδοξεν ἄριστον εἶναι· πεδία γὰρ πολλὰ ἐνταῦθά ἐστιν ἱππόβοτα. ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς, ὃν Δεκαννόβιον τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, ὅτι δὴ ἐννεακαίδεκα περιιὼν σημεῖα, ὅπερ ξύνεισιν ἐς τρεῖς καὶ δέκα καὶ ἑκατὸν σταδίους, οὕτω δὴ ἐκβάλλει ἐς θάλασσαν, ἀμφὶ πόλιν Ταρακίνην, ἧς ἄγχιστα ὄρος τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν, οὗ τὸν Ὀδυσσέα τῇ Κίρκῃ ξυγγενέσθαι φασὶν, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἐπεὶ ἐν νήσῳ Ὅμηρος τὰ τῆς Κίρκης οἰκία ἰσχυρίζεται εἶναι. ἐκεῖνο μέντοι ἔχω εἰπεῖν, ὡς τὸ Κιρκαῖον D τοῦτο, ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης διῆκον, νήσῳ ἐμφερές ἐστι, καὶ τοῖς τε πλέουσιν ἄγχιστα τοῖς τε εἰς τὴν ἐκείνῃ ᾐόνα βαδί-

5. ἐν γειτόνων] ἐγγειτόνων L. 23. εἰς τὴν] εἰς om. HL. ibid. ᾐόνα] ἠϊόνα P.

veniam daret: qua impetrata, digressi sunt. Ita demum Neapolitani ex malis emersere.

11. Gotthi vero, qui apud Romam circumiectisque in locis degebant, et vehementer mirati antea fuerant adeo cessare Theodatum, ut hosti appropinquanti offerre se et congredi nollet, non leviter suspicantes, eum Iustiniano August. Gotthorum res ultro prodere, neque aliud curare, nisi ut in otio, fortunis abundanti, vitam traduceret, ubi nuntius venit captam esse Neapolin, horum omnium culpam in ipsum palam conicientes, in locum coiere, qui Roma CCLXXX. stadiis distat, et a Romanis Regeta dicitur. Is castris commodissimus visus est, quod multa habeat equorum pascua, ac rigetur fluvio, quem indigenae Latino vocabulo Decennovium ideo appellant, quia decursis XIX. milliaribus, quae stadia conficiunt CXIII. in mare influit ad urbem Tarracinam, monti proximam Circaeo: ubi cum Circe egisse Ulyssem ferunt; quos falli iudico, si bene Homerus in insula domicilium Circes collocat. Quanquam fateor Circaeum hunc montem sic in mare porrigi, ut insulae speciem habeat, nec modo praeternavigantibus, sed perambulantibus etiam ea littora, esse insula videatur lon-

ζουσι νῆσος δοκεῖ ἐπὶ πλεῖστον εἶναι. καὶ ἐπειδάν τις ἐν αὐτῷ
γένηται, τότε δὴ μεταμανθάνει ψευσθῆναι τῆς δόξης τὰ πρό-
τερα. καὶ διὰ τοῦτο Ὅμηρος ἴσως νῆσον τὸ χωρίον ὠνόμασεν.
ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἄνειμι.

Γότθοι, ἐπειδὴ ἐς Ῥεγέτα ξυνελέγησαν, βασιλέα σφίσι τε
καὶ Ἰταλιώταις Οὐίττιγιν εἵλοντο, ἄνδρα οἰκίας μὲν οὐκ ἐπιφα-
νοῦς ὄντα, ἐν μάχαις δὲ ταῖς ἀμφὶ Σίρμιον λίαν εὐδοκιμηκότα
P 338 τὸ πρότερον, ἡνίκα τὸν πρὸς Γήπαιδας πόλεμον Θευδέριχος διέ-
φερε. Θευδάτος καὶ ταῦτα ἀκούσας ἐς φυγήν τε ὥρμητο καὶ
τὴν ἐπὶ Ῥάβενναν ἤλαυνεν. Οὐίττιγις δὲ κατὰ τάχος Ὄπταριν
ἔπεμψεν, ἄνδρα Γότθον, ἐπιστείλας αὐτῷ ἢ ζῶντα ἢ νεκρὸν
ἀγαγεῖν Θευδάτον. ἐτύγχανε δὲ τῷ Θευδάτῳ οὗτος ὁ Ὄπταρις
χαλεπῶς ἔχων ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. κόρην τινὰ ὁ Ὄπταρις ἐπίκλη-
ρόν τε καὶ τὴν ὄψιν εὐπρεπῆ οὖσαν ἐμνηστεύετο. ταύτην Θευ-
V 22 δάτος ἀφελόμενος τὸν μνηστῆρα τοῦτον, χρήμασιν ἀναπεισθεὶς,
ἑτέρῳ ἠγγύησε. διὸ δὴ τῷ τε θυμῷ καὶ Οὐίττιγι χαριζόμενος,
πολλῇ Θευδάτον σπουδῇ τε καὶ προθυμίᾳ, οὔτε νύκτα ἀνεὶς οὔτε
ἡμέραν, ἐδίωκε. καὶ αὐτὸν ἐν ὁδῷ ἔτι πορευόμενον καταλαμ-
B
H 183 βάνει, ἐς ἔδαφός τε ὕπτιον ἀνακλίνας ὥσπερ ἱερεῖόν τι ἔθυσεν.
αὕτη τε Θευδάτῳ καταστροφὴ τοῦ τε βίου καὶ τῆς ἡγεμονίας,
τρίτον ἐχούσης ἔτος, ἐγένετο.

Οὐίττιγις δὲ, ἅμα Γότθων τοῖς παροῦσιν, ἐς Ῥώμην ἐσή-
λαυνε. γνούς τε τὰ Θευδάτῳ ξυνενεχθέντα, ἥσθη τε καὶ αὐ-
τοῦ τὸν παῖδα Θευδέγισκλον ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. καὶ ἐπειδὴ

gissimo tractu. At ubi quis in ipso fuerit, tunc demum se opinione deceptum prius fuisse videt. Atque hanc forte ob causam Homerus insulae nomen loco tribuit. Ego vero ad propositum redeo.

Congregati apud Regeta Gotthi, sibi Italisque Regem eligunt Vitigin, virum haud illustri quidem loco natum, sed clarissimum praeliis ad Sirmium ante editis, cum adversus Gepaedas bellum gereret Theodericus. His Theodatus auditis, praecipiti fuga Ravennam petit. Mox Vitigis Optarin, natione Gotthum, instare iubet, ac Theodatum abducere, seu vivum, seu mortuum. Erat autem Optaris Theodato hac de causa infensus. Puellae cuiusdam, cum haereditate, tum forma divitis, nuptias Optaris ambiebat. Inductus pecunia Theodatus illam, huic ereptam proco, despondit alteri. Quamobrem Optaris, et animo suo et Vitigi obsequens, totum se ad insequendum Theodatum lubentissime contulit, neque diem, neque noctem intermittens, donec illum assecutus in via, afflixit humi, ac resupinum, instar victimae, iugulavit. Funestum hunc habuit Theodatus exitum et vitae et regni, hoc tres annos potitus.

At Vitigis cum Gotthis, qui aderant, ingressus Romam, ac de casu Theodati certior factus, laetitiam ex eo cepit, illiusque filium Theodegisclum in custodiam dedit. Et quoniam Gotthorum res minus paratas vi-

τὰ Γότθων πράγματα ἥκιστά οἱ ἐν παρασκευῇ ἔδοξεν εἶναι, βέλτιον ἐνόμισεν ἐς Ῥάβενναν πρῶτον ἰέναι, ἐνταῦθά τε πάντα ἐξαρτυσαμένῳ ὡς ἄριστα οὕτω δὴ καθίστασθαι ἐς τὸν πόλεμον. ξυγκαλέσας οὖν ἅπαντας ἔλεξε τοιάδε „Αἱ μέγισται τῶν πρά- C ξεων, ἄνδρες ξυστρατιῶται, οὐ καιρῶν ὀξύτητι, ἀλλ' εὐβουλίᾳ φιλοῦσιν ὀρθοῦσθαι. πολλάκις γὰρ μέλλησίς τε εἰς καιρὸν ἐλθοῦσα μᾶλλον ὤνησε καὶ σπουδὴ οὐκ ἐν δέοντι ἐπιδειχθεῖσα πολλοῖς ἀνεχαίτισε τὴν τοῦ κατορθώσειν ἐλπίδα. ῥᾷον γάρ οἱ πλεῖστοι ἀπαράσκευοι μὲν, ἐξ ἀντιπάλου δὲ τῆς δυνάμεως μαχόμενοι, ἡσσῶνται ἢ ὅσοι τὴν ἐλάσσω ἰσχὺν ὡς ἄριστα παρασκευασάμενοι ἐς τὸν ἀγῶνα κατέστησαν. μὴ τοίνυν τῷ παραυτίκα φιλοτίμῳ ἐπαιρόμενοι τὰ ἀνήκεστα ἡμᾶς αὐτοὺς ἐργασώμεθα. κρεῖσσον γὰρ ἐν χρόνῳ βραχεῖ αἰσχυνομένους τὴν εὔκλειαν ἀπέραντον διασώσασθαι ἢ τὴν ἐν αὐτῷ παραυτίκα φυγόντας ὕβριν εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐγκαλύπτεσθαι. καίτοι καὶ ὑμεῖς δή που ἐπίστασθε ὡς τό τε Γότθων D πλῆθος καὶ ξύμπασαν σχεδὸν τὴν τῶν ὅπλων παρασκευὴν ἔν τε Γαλλίαις καὶ Βενετίαις καὶ χώραις ταῖς ἑκαστάτω ξυμβαίνει εἶναι. καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰ Φράγγων ἔθνη οὐχ ἧσσω τοῦδε πόλεμον διαφέρομεν, ὃν δὴ οὐκ εὖ διαθεμένους ἐφ' ἕτερον χωρεῖν πολλὴ ἄνοια. τοὺς γὰρ ἐς ἀμφίβολόν τι καθισταμένους καὶ οὐ πρὸς ἕνα πολέμιον ὁρῶντας τῶν ἐναντίων ἡσσᾶσθαι εἰκός. ἐγὼ δέ φημι χρῆναι νῦν μὲν εὐθὺ Ῥαβέννης ἰέναι, τὸν δὲ πρὸς Φράγ-

10. ἰσχὺν in L deletum, et ab Scaligero adscriptum ἔχοντες. 11. ἐς τὸν] εἰς τὸν L. 14. ἀπέραντον] ἀπέρατον L. 17. παρασκευὴν L. Vulgo σκευήν. 19. ἧσσω] ἧσσον L. ἥσσονα Scaliger.

debat, satius esse duxit, ante omnia Ravennam contendere, ut omnibus ibi probe ornatis, bellum susciperet. Advocata igitur concione, ita disseruit. *Coeptis ingentibus, Commilitones, non usus praeceps occasionum, sed consiliorum prudentia eventus prosperos afferre solet. Saepe enim plus profuit tempestiva cunctatio, dum vehemens opera, alieno tempore exhibita, rei bene gerendae spem multis incidit. Etenim qui numero pollent, si imparati pugnent cum hoste viribus pari, facilius vincuntur quam qui, viribus quidem inferiores, sed paratissimi, certamen ineunt. Nolimus igitur in perniciem subito ambitionis impetu ruere: siquidem brevi pudore immortalem gloriam retinere praestat, quam vitata puncto temporis ignominia, probrum, ut apparet, sempiternum subire. Certe scitis Gotthorum quamplurimos ac fere omnem armorum apparatum in Galliis, Venetiis, et regionibus remotissimis esse. Praeterea cum Francis non levius isto susceptum habemus bellum: quo non bene composito, extremae dementiae fuerit aliud inchoare. Nam qui in ambiguo positi, nec in unum hostem intenti sunt, eos vinci consentaneum est. Ego vero sic statuo, Ravennam recta*

γους πόλεμον διαλύσαντας τἆλλα τε διῳκημένους ὡς ἄριστα οὕτω δὴ Βελισαρίῳ παντὶ τῷ Γότθων στρατῷ διαμάχεσθαι. καί μοι τὴν ἀναχώρησιν τήνδε ὑποστελλέσθω μηδείς, μηδὲ φυγὴν αὐτὴν ὀνομάζειν ὀκνείτω. δειλίας μὲν γὰρ προσηγορία ἐπιτηδείως
P 339 προσπεσοῦσα πολλοὺς ὤρθωσεν, ἀνδρείας δὲ ὄνομα οὐκ ἐν τῷ καθήκοντι χρόνῳ τισὶν ἐγγενόμενον, εἶτα ἐς ἧτταν ἐχώρησεν. οὐ γὰρ τοῖς τῶν πραγμάτων ὀνόμασιν, ἀλλὰ τῷ ξυμφόρῳ τῶν ἔργων ἕπεσθαι ἄξιον. ἀνδρός τε γὰρ ἀρετὴν οὐκ ἀρχόμεναι δηλοῦσιν αἱ πράξεις, ἀλλὰ τελευτῶσαι μηνύουσι. φεύγουσι δὲ τοὺς πολεμίους οὐχ οἳ ἂν μετὰ μείζονος τῆς παρασκευῆς αὐτίκα μάλα ἐπ' αὐτοῖς ἥκοιεν, ἀλλ' ὅσοι τὰ σφέτερα αὐτῶν σώματα εἰς ἀεὶ διασώζειν βουλόμενοι ἐκποδὼν ἵστανται. πόλεώς τε τῆσδε ἁλώσεως πέρι μηδενὶ ὑμῶν γινέσθω τι δέος. ἤν τε γὰρ Ῥωμαῖοι
B ἡμῖν εὐνοϊκῶς ἔχωσι, τὴν πόλιν ἐν βεβαίῳ Γότθοις φυλάξουσιν, ἀνάγκης τε πεῖραν οὐδεμιᾶς ἕξουσιν, ἐπεὶ ἐν βραχεῖ αὐτοῖς ἐπανήξομεν χρόνῳ. καὶ ἤν τι ὕποπτον αὐτοῖς ἐς ἡμᾶς ἐστιν, ἐλάσσω βλάψουσι, τῇ πόλει τοὺς πολεμίους δεξάμενοι. ἄμεινον γὰρ πρὸς δυσμενεῖς ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς διαμάχεσθαι. ὅπως μέντοι μηδὲν ξυμβήσεται τοιοῦτον, ἐγὼ προνοήσω. ἄνδρας τε γὰρ πολλοὺς καὶ ἄρχοντα ξυνετώτατον ἀπολείψομεν, οἳ Ῥώμην φυλάξαι ἱκανοὶ ἔσονται, ὥστε καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν καλῷ κείσεται καὶ οὐδὲν ἂν ἐκ τῆσδε ἡμῶν τῆς ἀναχωρήσεως γένοιτο βλάβος."

6. ἐς] εἰς L. 10. μετὰ Lm. Vulgo κατὰ. 13. πέρι] περὶ H. ibid. τι] τὸ L. 17. ἄμεινον P ex Vat. ἀμήχανον HL.

eundum esse, atque ubi cum Francis confecerimus pacem, optimoque in loco caetera posuerimus, invadendum Belisarium cum omni Gotthorum exercitu. Nec retro mecum cedere quemquam pigeat: quin etiam fugere nos aperte dicat. Enimvero ut opportuna timoris appellatio iuvit multos, ita quosdam perdidit fortitudinis nomen alieno tempore usurpatum. Rerum autem momenta atque utilitates consectari decet, non speciosa vocabula. Porro virtutem viri non facinoris praeclari initium, sed finis probat: nec fugiunt hostem, qui statim ut melius se instruxerunt, contra illum proficiscuntur, verum qui sua corpora semper salva et integra cupientes, subducunt sese. Nec vestrum quisquam timeat, ne ista urbs capiatur. Nam si nobis Romani student, eam Gotthis constanti fide servabunt, neque ullam experientur difficultatem, nos propediem ad se reduces accepturi. Sin aliquid in nos cudunt, minus nocebunt, cum in urbem hostes admiserint: satius enim est cum aperto hoste pugnare. Quanquam ne quid eiusmodi contingat, providebo. Quippe milites plurimos ac Praefectum intelligentissimum, qui tuendae Romae sufficiant, relinquemus. Itaque haec bene constituta habebimus, nec detrimentum ullum discessus hic noster pariet.

Οὐίττιγις μὲν τοσαῦτα εἶπεν. ἐπαινέσαντες δὲ Γότθοι ἅπαντες παρεσκευάζοντο ἐς τὴν πορείαν. μετὰ δὲ Σιλβερίῳ τε τῷ τῆς πόλεως ἱερεῖ καὶ Ῥωμαίων τοῖς τε ἐκ βουλῆς καὶ τῷ δήμῳ πολλὰ παραινέσας Οὐίττιγις, καὶ τῆς Θευδερίχου ἀρχῆς ὑπομνήσας, ἐνεκελεύετο ἅπασιν ἐς Γότθων τὸ ἔθνος εὐνοϊκῶς ἔχειν, ὅρκοις αὐτοὺς δεινοτάτοις ὑπὲρ τούτων καταλαβὼν, ἄνδρας τε ἀπολέξας οὐχ ἧττον ἢ τετρακισχιλίους, καὶ αὐτοῖς ἄρχοντα ἐπιστήσας Λεύδεριν, ἡλικίας τε πόρρω ἥκοντα καὶ δόξαν ἐπὶ ξυνέσει πολλὴν ἔχοντα, ἐφ' ᾧ Ῥώμην φυλάξουσι σφίσιν, οὕτω δὴ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Ῥάβενναν ᾔει, τῶν ἐκ βουλῆς πλείστους ἐν ὁμήρων λόγῳ ξὺν αὐτῷ ἔχων. καὶ ἐπεὶ ἐνταῦθα ἀφίκετο, Ματασοῦνθαν τὴν Ἀμαλασούνθης θυγατέρα, παρθένον τε καὶ ὡραίαν ἤδη οὖσαν, γυναῖκα γαμετὴν οὔ τι ἐθελούσιον ἐποιήσατο, ὅπως δὴ βεβαιότερον τὴν ἀρχὴν ἕξει τῇ ἐς γένος τοῦ Θευδερίχου ἐπιμιξίᾳ. ἔπειτα δὲ ἅπαντας Γότθους πανταχόθεν ἀγείρας διεῖπέ τε καὶ διεκόσμει, ὅπλα τε καὶ ἵππους διανέμων κατὰ λόγον ἑκάστῳ, μόνους δὲ Γότθους, οἳ ἐν Γαλλίαις φυλακὴν εἶχον, δέει τῶν Φράγγων οὐχ οἷός τε ἦν μεταπέμπεσθαι. οἱ δὲ Φράγγοι οὗτοι Γερμανοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. ὅντινα δὲ τρόπον τε ἐξ ἀρχῆς καὶ ὅπῃ ᾠκημένοι Γαλλίαις τε ἐπεβάτευσαν καὶ διάφοροι Γότθοις γεγένηνται, ἐρῶν ἔρχομαι.

C V 23 D H 184

2. Σιλβερίῳ P ex Vat. Λιβερίῳ HL, consentiente Pers. 3. τοῖς] τῆς HL: illud Lm. 10. ἐς Ῥ.] εἰς ῥ. L. 13. ἤδη οὖσαν] οὖσαν ἤδη L.

Haec Vitigis: cui assensi Gotthi omnes, ad iter se accinxerunt. Deinde Silverium urbis Antistitem, Senatum Populumque Rom. multis idem commonefecit, reductoque in memoriam regno Theoderici, omnem hortatus est, ut Gotthorum genti praestarent benevolentiam, sibique eorum fidem gravissimo sacramento devinxit. Delectis minimum quatuor millibus virorum, qui Romam Gotthis custodirent, Leuderin, provecta aetate virum, ac prudentiae laude celebrem praefecit: tum reliquo stipatus exercitu, Ravennam petiit, obsides secum habens Senatores quamplurimos. Eo cum pervenisset, Matasuntham Amalasunthae filiam, maturam iam viro virginem, invitam duxit in matrimonium, ut certius sibi regnum assereret, hoc intimo nexu cum stirpe Theoderici. Deinde contractos undique Gotthos omnes descripsit ordinavitque, arma atque equos singulis pro modo et gradu dividens. Eos tantum Gotthos, qui in Galliarum praesidiis erant, cum sibi a Francis metueret, revocare non poterat. Hi vero Franci dicebantur olim Germani. Quae primae eorum fuerint sedes, et quo pacto Gallias occupaverint, ac demum hostiles cum Gotthis susceperint inimicitias, narrare aggredior.

ἔχουσα. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ πλεῖστον ἀπορουμένων καὶ ἐς στενοχωρίαν πολλὴν ξυνιόντων (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ὄπισθεν ἰόν-
C *των πολύς τε ξυνέρρει ὅμιλος), ἐγένετο αὐτῶν τινι ἔννοια τῆς ἀνόδου ἀποπειρᾶσθαι. καταθέμενος οὖν αὐτίκα τὰ ὅπλα, ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ τὴν ἀνάβασιν βιασάμενος, ἐς τὸ τῆς γυναικὸς οἴκημα ἦλθε. καὶ αὐτὴν ἐνταῦθα ἰδών, ἢν μὴ σιωπῴη, κτείνειν ἠπείλησεν. ἡ δὲ καταπλαγεῖσα ἄφωνος ἔμεινε. καὶ ὃς ἐκ τοῦ πρέμνου τῆς ἐλαίας ἱμάντα τινὰ ἰσχυρὸν ἀναψάμενος τὴν ἑτέραν τοῦ ἱμάντος ἀρχὴν ἐς τὸν ὀχετὸν ἔρριψεν. οὗ δὴ λαβόμενος τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἀνέβαινε μόλις. ἐπεὶ δὲ ἀναβεβήκεισαν ἅπαντες, τῆς τε νυκτὸς τὸ τεταρτημόριον ἔτι ἐλείπετο, χωροῦσιν ἐπὶ τὸ τεῖχος· καὶ πύργων δύο τοὺς φύλακας, οὐδέν τι αἰσθανομένους τοῦ κακοῦ, κτείνουσιν ἀμφὶ τὰ πρὸς βορρᾶν τοῦ*
D *περιβόλου, ἔνθα Βελισάριος ξὺν τῷ Βέσσᾳ καὶ Φωτίῳ εἱστήκει, καραδοκῶν τὰ πρασσόμενα. καὶ οἱ μὲν ἐς τὸ τεῖχος ταῖς σάλπιγξιν ἐκάλουν, Βελισάριος δὲ τῷ περιβόλῳ τὰς κλίμακας ἐρείσας τοὺς στρατιώτας ἐνθένδε ἀναβαίνειν ἐκέλευε. τῶν δὲ κλιμάκων οὐδεμίαν διήκειν ἄχρι ἐς τὰς ἐπάλξεις ξυνέβαινεν. ἅτε γὰρ αὐτὰς οὐκ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς οἱ τεχνῖται ποιούμενοι μέτρου τοῦ καθήκοντος οὐχ οἷοί τε ἐξικνεῖσθαι ἐγένοντο. διόπερ δύο ἐς ἀλ-*
H 181 *λήλας ξυνδέοντες καὶ ἐπ' ἀμφοῖν ἀναβαίνοντες οὕτω δὴ τῶν ἐπάλξεων καθυπέρτεροι οἱ στρατιῶται ἐγίνοντο. ταῦτα μὲν οὖν Βελισαρίῳ ἐφέρετο τῇδε.*

3. *πολύς τε*] *πολύς τις?* 9. *ἔρριψεν*] *ἔρριψαν* L. 18. *οὐδεμίαν*] Vulgo *οὐδὲ μίαν.*

ascensum praebebant. Militibus valde animo fluctuantibus, et angustiori in spatio se comprimentibus (iam enim pone sequentium magnus numerus confluebat) cuidam in mentem venit ascensum tentare. Itaque positis confestim armis, manibus pedibusque enitens, ad mulieris domum evasit, eamque ibi nactus, ipsi mortem, ni taceret, minatus est. Illa prae ingenti metu obmutuit. Is vero, cum ex oleae caudice lorum validum religasset, alteram eius partem extremam in aquaeductum demisit: qua singuli milites apprehensa, foras aegre se sustulerunt. Quarta pars noctis adhuc supererat, cum suggressi omnes ad moenia succedunt, ac turrium duarum custodes incautos trucidant, ad illam murorum partem, quae Septentrionem spectat: ubi Belisarius cum Bessa ac Photio stabat, incepti successum cupidissime expectans. Illi tubis vocarunt ipsos ad murum: cui scalas cum applicuisset Belisarius, et inde milites iussisset ascendere, accidit, ut nullae pinnas pertingerent: quippe fabricati illas in occulto opifices, non potuerant iustam assequi longitudinem. Quare binis invicem colligatis, per utrasque scandendo, milites pinnas superavere. Ibi res Belisario sic procedebat.

κγ'. Ἐς μέντοι πύλην τὴν ὑπὲρ ποταμὸν Τίβεριν, ἣ Παγ- D κρατιανὴ καλεῖται, δύναμις τῶν πολεμίων ἐλθοῦσα οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου ἔδρασε, χωρίου ἰσχύϊ· ἀνάντης τε γὰρ καὶ πρὸς τὰς ἐφόδους οὐκ εὐπετὴς ταύτῃ ὁ τῆς πόλεως περίβολός ἐστιν. Παῦλος ἐνταῦθα φυλακὴν εἶχε, ξὺν καταλόγῳ πεζικῷ, οὗ αὐτὸς ἦρχεν. οὐ μὴν οὐδὲ πύλης Φλαμινίας ἀπεπειράσαντο, ἐπεὶ ἐν χώρῳ κρημνώδει κειμένη οὐ λίαν ἐστὶν εὐπρόσοδος. οἱ Ῥῆγες ἐνταῦθα πεζικὸν τέλος ἐφύλασσον καὶ Οὐρσικῖνος, ὃς αὐτῶν P 368 ἦρχε. ταύτης δὲ μεταξὺ τῆς πύλης καὶ τῆς ἐν δεξιᾷ ἐχομένης πυλίδος, ἣ Πιγκιανὴ ὀνομάζεται, μοῖρά τις τοῦ περιβόλου δίχα τὸ παλαιὸν ἀπὸ ταὐτομάτου διαιρεθεῖσα, οὐκ ἐξ ἐδάφους μέντοι, ἀλλ' ὅσον ἐς μῆκος τοῦ ἡμίσεος, οὐκ ἔπεσε μὲν οὐδὲ ἄλλως διε-

6. Κωνσταντῖνος] κωνσταντιανὸς HL. 7. δεδιξάμενος] δεξάμενος HL. δεδιξόμενος Hm. 10. Αὐρηλίαν] ἀβρηλίαν HL. 16. οὐ μὴν οὐδὲ] οὐ μὴν δὲ H: illud Hm. ibid. Φλαμινίας] φλαμηνίας H. 20. Πιγκιανὴ] πιγγιανὴ HL. 22. μῆκος] μήκους H: μῆκος Hm. ibid. οὐδὲ] Vulgo οὔτε.

manibus saxa tollentes ingentia, in capita hostium devolvunt. Illi sic petiti referre pedem. Quibus paulatim dilabentibus, superiores iam Romani, revocare animos, et clamore magis ac magis contento, arcubus iactuque lapidum oppugnatores propellere. Cumque etiam tormentis manum admovissent, gravem incussere terrorem hostibus, quorum impressio brevi desiit. Tum quoque affuit Constantinus, territis disiectisque facile, qui flumen tentaverant; cum murum ei proximum, non plane, ut rebantur, incustoditum offendissent. Quo factum est, ut circa portam Aureliam res in tuto fuerint.

23. Cum ad portam transtiberinam, quae Pancratiana dicitur, venissent hostium copiae, nihil memorabile gesserunt, obstante valido situ loci. Quippe impetum abnuit ibi arduus urbis murus; quem Paulus insederat cohorte peditum, cui praeerat. Abstinuerunt Gotthi porta Flaminia, quod in praecipiti loco sita difficiles habeat aditus. Eam agmen peditum, qui Regii cognominantur, cum Duce Ursicino custodiebat. Inter hanc portam et Pincianam (sic porta minor appellatur, ad Flaminiae dexteram posita) pars quaedam muri, non a solo usque, sed a me-

φθάρῃ, ἐκλίθη δὲ οὕτως ἐφ᾽ ἑκάτερα, ὡς τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἄλλου τείχους, τὸ δὲ ἐντὸς φαίνεσθαι. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸν περίβολον διεῤῥωγότα Ῥωμαῖοι τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ ἐκ παλαιοῦ καλοῦσι τὸν χῶρον. τοῦτο δὲ τὸ μέρος καθελεῖν τε καὶ ἀνοικοδο- B μήσασθαι Βελισάριον κατ᾽ ἀρχὰς ἐγχειροῦντα ἐκώλυον Ῥωμαῖοι, Πέτρον σφίσι τὸν ἀπόστολον ὑποσχέσθαι ἰσχυριζόμενοι αὐτῷ μελήσειν τοῦ ἐνταῦθα φυλακτηρίου. τοῦτον δὲ τὸν ἀπόστολον σέβονται Ῥωμαῖοι καὶ τεθήπασι πάντων μάλιστα. ἀπέβη τε αὐτοῖς ἅπαντα ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ ᾗ διενοοῦντο καὶ προσεδόκων. οὐδὲ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον, καθ᾽ ὃν Γότθοι Ῥώμην ἐπολιόρκουν, οὔτε πολεμίων τις δύναμις ἐνταῦθα ἀφίκετο οὔτε τινὰ ταραχὴν γενέσθαι ξυνέβη. καὶ ἐθαυμάζομέν γε ὅτι οὐδὲ ἐς μνήμην ἡμετέραν ἢ τῶν πολεμίων αὕτη τοῦ περιβόλου ἡ μοῖρα περὶ πάντα τὸν χρόνον ἦλθεν, οὔτε τει- C χομαχούντων οὔτε νύκτωρ ἐπιβουλευόντων τῷ τείχει, οἷα πολλὰ ἐνεχείρησαν. διὸ δὴ οὐδὲ ὕστερόν τις ἀνοικοδομήσασθαι τοῦτο ἐτόλμησεν, ἀλλ᾽ ἐς ἡμέραν τήνδε οὕτω τὸ ἐκείνῃ διῄρηται τεῖχος. ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πῃ ἔσχεν.

Ἐν δὲ Σαλαρίᾳ τῇ πύλῃ ἀνὴρ εὐμήκης τε καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, θώρακά τε ἐνδιδυσκόμενος καὶ κράνος ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχων, ὢν τε οὐκ ἀφανὴς ἐν τῷ τῶν Γότθων ἔθνει, οὐκ ἐν τά-

2. αὐτοῦ τὸν] αὐτοῦ τοῦ τὸν L. 6. αὐτῷ] αὐτῷ HL. 9. προσεδόκων] προσεδόκουν HL: illud P ex Vat. ut videtur. 11. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδέ. 13. ὅτι οὐδὲ ἐς — μοῖρα] Sic Vat. Vulgo ὅτι ἐς μνήμην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἢ ἐς πεῖραν αὕτη ἡ τοῦ περιβόλου μοῖρα. 14. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ. 16. ἐνεχείρησαν L corr. ἐνεχείρισαν P.

dio ad summum, compage pridem soluta sponte et diducta bifariam, haud corruit quidem, nec penitus convulsa est; verum adeo inclinata huc atque illuc prominet, ut partim ultra, partim cis reliquum murum existat. Quamobrem à multo iam tempore locum illum Romani lingua patria Murum ruptum vocarunt: et cum eam partem initio demoliri Belisarius atque instaurare vellet, obstiterunt, firmissime asseverantes Petrum Apostolum ipsis recepisse, curae sibi fore eius loci munitionem. Hunc autem Apostolum venerantur omnium maxime ac demirantur Romani: quorum opinioni expectationique ibi plane respondit exitus. Nam nec eo die, nec deinceps, quandiu Romam Gotthi circumsederunt, vim hostium locus ille excepit, sed prorsus belli tumultu vacuus fuit. Certe incessit nos admiratio, quod hostis, qui toties aperta vi, toties nocturnis fraudibus aggressus est moenia, hanc eorum partem oblivione vel negligentia semper praetermiserit. Quocirca nec postmodum quisquam ausus est eam reficere: sed fissa, ut erat, stat adhuc. Hac hactenus.

Ad portam vero Salariam Gotthus quidam, vir non ignobilis, procero corpore et bellica virtute praeditus, lorica munitus et casside, scor-

ξει ξὺν τοῖς ἄλλοις ἔμεινεν, ἀλλ' ἐπὶ δένδρου ἱστάμενος ἔβαλλε συχνὰ ἐς τὰς ἐπάλξεις. τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα μηχανὴ ἐν πύργῳ V 43
κατὰ μέρος τὸ λαιὸν οὖσα τύχῃ τινὶ ἔβαλλε. διαβὰν δὲ τόν τε H 201 D
θώρακα καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα τὸ βέλος ὑπὲρ ἥμισυ ἐς τὸ δένδρον ἔδυ, ἐνέρσει τε αὐτοῦ τὸν ἄνδρα ξυνδῆσαν νεκρὸν ἤρτησεν. ὅπερ ἐπεὶ οἱ Γότθοι κατεῖδον, κατορρωδήσαντες καὶ βελῶν ἔξω γενόμενοι ἔμενον μὲν ἔτι ἐν τάξει, τοὺς δὲ ἐν τῷ τείχει οὐκ ἔτι ἐλύπουν.

Βέσσας δὲ καὶ Περάνιος, Οὐιττίγιδος ἐν βιβαρίῳ ἰσχυρότατα ἐγκειμένου σφίσι, Βελισάριον μετεπέμποντο. ὁ δὲ δείσας περὶ τῷ ἐνταῦθα τείχει (ἦν γὰρ ταύτῃ ἐπιμαχώτατον, ὥσπερ εἴρηται) κατὰ τάχος ἐβοήθει αὐτὸς, ἕνα τῶν τινα ἐπιτηδείων λιπὼν ἐν Σαλαρίᾳ. καὶ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἐν βιβαρίῳ τὴν προσβολὴν τῶν ἐναντίων πεφοβημένους, μεγάλην τε οὖσαν καὶ πολυάνθρωπον, ὑπερφρονεῖν τε τῶν πολεμίων ἐκέλευε καὶ ἐπὶ τῷ θαρσεῖν ἀντικαθίστη. ἦν δὲ ὁ ταύτῃ χῶρος ὁμαλὸς κομιδῇ καὶ P 369
ἀπ' αὐτοῦ ταῖς ἐφόδοις τῶν προσιόντων ἐγκείμενος. τύχῃ τέ τινι τὸ ἐκείνῃ τεῖχος οὕτως ἐπὶ πλεῖστον διερρυήκει ὡς τῶν πλίνθων μὴ λίαν τὴν ξυνθήκην ξυνίστασθαι. τείχισμα δὲ ἄλλο βραχὺ περιέβαλλον ἔξωθεν αὐτῷ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, οὐκ ἀσφαλείας τινὸς ἕνεκα (οὐ γὰρ οὖν οὐδὲ πύργων ὀχύρωμα εἶχεν, οὐ μὴν οὐδὲ ἐπάλξεις τινὲς ἐνταῦθα πεποίηνται, οὐδέ τι ἄλλο, ὅθεν ἂν καὶ ἀπώσασθαι οἷόν τε ἦν τὴν ἐς τὸν περίβολον ἐπιβουλὴν τῶν

2. συχνὰ P ex Vat. σχοῖνον H. 3. ἔβαλλε — ἐπάλξεις om. L. 10. μετεπέμποντο] μετεπέμπετο HL: illud Hm. 15. τῷ] Fort. τό. Classen. 18. οὕτως] Vulgo οὕτω. 20. περιέβαλλον] περιέβαλον L.

sum ab aliis extra ordinem ad arborem stans, tela missitabat in pinnas. Virum hunc tormentum, quod in turri ad laevam erat, casu quodam sic attigit, ut telum, lorica et corpore transfixis, in stipitem dimidia plus parte descenderit, suaque commissura compactum hominem, suspenderit mortuum. Quo viso conterriti Gotthi, se extra teli iactum in ordine tenuerunt, ac muri propugnatores desierunt incessere.

Iam ad Vivarium Bessas ac Peranius, infestissimum Vitigin patientes, Belisarium advocant. Is illi murorum parti, facile, ut dictum est, expugnabili metuens, auxilio currit, amicorum cuidam relicta Salariae cura. In Vivario milites magno hostium impetu numeroque attonitos animadvertens, hortatur, contemnant Barbarum, eorumque animos ad fiduciam revocat. Locus erat planissimus, et ea re impressionibus accedentium patebat. Forte etiam ibi sic fatiscebat pars muri maxima, ut lateres parum bene haererent. Huic muro minorem alium veteres Romani foris praestruxerant, non ut munimento esset: cum ipse nec turribus, nec pinnis, nec re demum ulla munitus sit, quae contra vim ab hostibus in

πολεμίων) ἀλλὰ τρυφῆς τινος οὐκ εὐπρεποῦς χάριν, ὅπως δὴ λέοντάς τε καὶ τἄλλα θηρία καθείρξαντες ἐνταῦθα τηροῖεν. διὸ δὴ καὶ βιβάριον τοῦτο ὠνόμασται. οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι καλοῦσι B τὸν χῶρον οὗ ἂν τῶν ζῴων τὰ μὴ χειροήθη τρέφεσθαι εἰώθεν. Οὐίττιγις μὲν οὖν μηχανάς τε ἄλλας ἄλλῃ τοῦ τείχους ἡτοίμαζε καὶ ὀρύσσειν τὸ ἔξω τείχισμα τοὺς Γότθους ἐκέλευεν, οἰόμενος, ἢν τούτου ἐντὸς γένωνται, πόνῳ οὐδενὶ τοῦ τείχους κρατήσειν, ὅπερ οὐδαμῇ ἐχυρὸν ξυνηπίστατο εἶναι. Βελισάριος δὲ ὁρῶν τοὺς πολεμίους τό τε βιβάριον διορύσσοντας καὶ πολλαχῇ τοῦ περιβόλου προσβάλλοντας, οὔτε ἀμύνειν τοὺς στρατιώτας οὔτε ἐν ταῖς ἐπάλξεσι μένειν, ὅτι μὴ λίαν ὀλίγους, εἴα, καίπερ ἅπαν ξὺν αὐτῷ ἔχων, εἴ τι ἐν στρατοπέδῳ λόγιμον ἦν. κάτω δὲ ἅπαντας ἀμφὶ τὰς πύλας ἐν παρασκευῇ εἶχε τεθωρακισμένους τε καὶ ξίφη C μόνα ἐν χερσὶ φέροντας. ἐπεὶ δὲ οἱ Γότθοι, διελόντες τὸν τοῖχον, ἐντὸς τοῦ βιβαρίου ἐγένοντο, Κυπριανὸν ξὺν ἄλλοις τισὶ κατὰ τάχος ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐσβιβάσας ἔργου ἐκέλευεν ἔχεσθαι. καὶ οἱ μὲν τῷ φόβῳ τοὺς ἐσπεπτωκότας ἅπαντας ἔκτεινον, οὔτε ἀμυνομένους καὶ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαφθειρομένους ἐν τῇ ἐς τὴν ἔξοδον στενοχωρίᾳ. τῶν δὲ πολεμίων τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντων καὶ οὐκ ἐν τάξει ξυντεταγμένων, ἀλλὰ ἄλλου ἄλλῃ φερομένου, τοῦ περιβόλου τὰς πύλας ἀνακλίνας Βελισάριος ἐξαπιναίως ἅπαν ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἠφίει τὸ στράτευμα. καὶ οἱ μὲν

2. τηροῖεν] τηρῷεν vulgo. 6. ὀρύσσειν — ἐκέλευεν Vat. quod legit Pers. Vulgo κατὰ — ἰέναι ἐκέλευεν. 16. ἐκέλευεν Vat. εἴα P. 17. τοὺς ἐσπεπτωκότας Vat. πεπτωκότας P. 20. ἄλλου — φερομένου Vat. ἄλλων — φερομένων P.

moenia susceptam valeat; sed voluptatis causa ab humano cultu alienae: nimirum ut leones aliasque feras ibi clausas tenerent. Hinc Vivarium dictum est: sic enim locum Romani vocant, in quo bellnae non cicures ali solent. Ergo Vitigis alibi machinas cuiusquemodi ad moenia paratas habens, Gotthos murum exteriorem iussit invadere, non dubitans, quin, si hunc penetrarent, facile potirentur maiori muro, cuius infirmitatem apprime noverat. Ut ab hostibus vivarium perfodi, multisque in locis peti moenia Belisarius vidit, militibus edixit ne illos arcerent, nec nisi paucalos ad pinnas reliquit, quamvis omni exercitus flore stipatus esset. Infra autem ad portam cunctos disposuit, loricatos, neque aliud gestantes manibus, nisi gladios. Ubi Gotthi, perfosso muro, vivarium ingressi sunt, Belisarius Cypriano, in eos protinus cum nonnullis immisso, rem permisit aggredi. Hi metu consternatos omnes occidunt impune: cum nec se ipsi defenderent, immo sibi invicem essent exitio in angustiis exitus. Improviso impetu perculsis hostibus, nec servantibus ordines, sed aliis alio properantibus, repente Belisarius, patefacta muri porta, in illos copias emittit

Γότθοι ἐς ἀλκὴν ἥκιστα ἔβλεπον, ἀλλ' ἐς φυγὴν, ὅπη ἔτυχεν
ἕκαστος, ὥρμηντο. ἐπισπόμενοι δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀεὶ ἐν ποσὶ
ῥᾷστα ἔκτεινον, ἥ τε δίωξις πολλὴ γέγονεν, ἐπεὶ οἱ Γότθοι D
μακρὰν ἀπολελειμμένοι τῶν σφετέρων χαρακωμάτων τῇδε ἐτει-
χομάχουν. Βελισάριος δὲ τὰς τῶν πολεμίων μηχανὰς καίειν ἐκέ-
λευεν, ἐπὶ πλεῖστον δὲ ἡ φλὸξ αἰρομένη μείζονα τὴν ἔκπληξιν,
ὡς τὸ εἰκὸς, τοῖς φεύγουσιν ἐνεποίει.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ κατὰ πύλην Σαλαρίαν ξυμπεσεῖν τὴν
ὁμοίαν τύχην ξυνέβη, τάς τε πύλας ἐξαπιναίως ἀνέῳγον καὶ ἐς
τοὺς βαρβάρους ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἐνέπιπτον, τούτους τε οὐκ
ἀμυνομένους, ἀλλὰ τὰ νῶτα στρέψαντας ἔκτεινον, καὶ τὰ κατ'
αὐτοὺς μηχανήματα ἔκαιον, καὶ ἥ τε φλὸξ πολλαχῇ τοῦ τείχους
ἐπὶ μέγα ἤρθη ἥ τε τῶν Γότθων ὑπαγωγὴ κατὰ κράτος ἤδη ἐκ
παντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένετο, καὶ ἡ κραυγὴ ἀμφοτέρωθεν ὑπερ- P 370
φυὴς ἦν, τῶν μὲν ἐν τῷ τείχει Ῥωμαίων τοῖς διώκουσιν ἐγκε-
λευομένων, τῶν δὲ ἐν τοῖς χαρακώμασι τὴν τοῦ πάθους ὑπερβο-
λὴν ὀδυρομένων. ἀπέθανον δὲ Γότθων ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τρισμύ-
ριοι, ὡς αὐτῶν οἱ ἄρχοντες ἰσχυρίζοντο, καὶ τραυματίαι πλείους
ἐγένοντο· ἅτε γὰρ ἐν πλήθει πολλῷ οἵ τε ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων τὰ V 44
πλεῖστα ἐτύγχανον εἰς αὐτοὺς βάλλοντες καὶ οἱ τὰς ἐπεκδρομὰς
ποιούμενοι πάμπολύ τι χρῆμα καταπεπληγμένων τε καὶ φευγόν-
των ἀνθρώπων διέφθειρον. ἥ τε τειχομαχία πρωὶ ἀρξαμένη H 202
ἐτελεύτα ἐς δείλην ὀψίαν. ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα ηὐλίσαντο B
ἑκάτεροι, Ῥωμαῖοι μὲν ἐν τῷ περιβόλῳ παιανίζοντες καὶ Βελι-

omnes. Virtutis obliti Gotthi, quo sors quemque fert, fugiunt. Insequentes Romani obvium quemque expeditissimo ferro necant. Instando, longe provecti sunt: quoniam Gotthi, qui illam murorum partem oppugnatum venerant, procul aberant a suis castris. Tum igne machinis hostium subiecto, Belisarii iussu, surgens altius flamma, fugientes gravius perculit, ut consentaneum erat.

Inter haec ad portam Salariam eadem fortuna fuit. Apertis subito foribus, in Barbaros inopinato se effuderunt, illosque, omisso repugnandi consilio, terga dantes contrucidarunt: obiectas quoque sibi incenderunt machinas; ita ut passim circa muros in sublime ignes evaderent, ac iam undique vi pulsis Gotthis, ingens tolleretur utrinque clamor, hinc a Romanis, qui in moenibus stantes, voce dabant animos insequentibus; inde a Barbaris, qui acceptam cladem maximam in castris lamentabantur. Et vero xxx. Gotthorum millia eo die ceciderunt, uti ipsorum Duces affirmarunt, ac maior fuit sauciorum numerus. Nam quia conferta fuerat multitudo, e murorum pinnis nullus fere ictus irritus venerat, et qui fecerant excursiones, trepidantibus ac fugientibus gravissimam stragem dederant. Mane coeptae oppugnationi vesper finem attulit. Eam utrique noctem egerunt, Romani quidem in urbe Paeana laetum canentes, ac

σάριον ἐν εὐφημίαις ποιούμενοι καὶ τὰ τῶν νεκρῶν σκυλεύματα ἔχοντες, Γότθοι δὲ τούς τε τραυματίας σφῶν θεραπεύοντες καὶ τοὺς τελευτήσαντας ὀδυρόμενοι.

C κδʹ. Βελισάριός τε γράμματα βασιλεῖ ἔγραψεν· ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Ἀφίγμεθα εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥσπερ ἐκέλευες, χώραν τε αὐτῆς περιβεβλημένοι πολλὴν καὶ Ῥώμην κατελάβομεν, ἀπωσάμενοι τοὺς ταύτῃ βαρβάρους, ὧνπερ ἔναγχος τὸν ἄρχοντα Λεύδεριν ἐς ὑμᾶς ἔπεμψα. ξυμβέβηκε δὲ ἡμῖν τῶν στρατιωτῶν τὸ πλῆθος ἐν τῇ Σικελίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὀχυρωμάτων καταστησαμένοις, ὧνπερ δυνατοὶ κατακεκρατηκέναι γεγόναμεν, τὸ στράτευμα ἐς πεντακισχιλίους ἀπολελεῖφθαι. οἱ δὲ πολέμιοι ἥκουσιν ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐς μυριάδας πεντεκαίδεκα συνειλεγμένοι.
D καὶ πρῶτον μὲν ἡμῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν ἀνδρῶν γενομένοις περὶ Τίβεριν ποταμὸν, ἠναγκασμένοις τε παρὰ γνώμην αὐτοῖς ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, μικροῦ καταχεχῶσθαι δοράτων ξυμβέβηκε πλήθει. ἔπειτα δὲ τειχομαχήσαντες οἱ βάρβαροι παντὶ τῷ στρατῷ καὶ μηχαναῖς τισι προσβαλόντες πανταχόσε τοῦ τείχους, ὀλίγου ἐδέησαν ἡμᾶς τε αὐτοβοεὶ καὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, εἰ μή τις ἡμᾶς ἀνήρπασε τύχη. τὰ γὰρ τῶν πραγμάτων νικῶντα τὴν φύσιν οὐκ ἂν εἰκότως ἐς ἀνδρῶν ἀρετὴν, ἀλλ᾽ ἐς τὸ κρεῖσσον ἀναφέρεσθαι πρέποι. τὰ μὲν οὖν ἄχρι τοῦδε ἡμῖν πεπραγμένα, εἴτε τύχῃ τινὶ εἴτε ἀρετῇ, ὡς ἄριστα ἔχει· τὰ δ᾽ ἐνθένδε βουλοίμην ἂν ἄμεινω τοῖς πράγμασι τοῖς σοῖς ἔσεσθαι. ὅσα μέντοι προσήκει ἐμέ τε εἰπεῖν καὶ ὑμᾶς πρᾶξαι, οὐ μήποτε ἀποκρύψομαι, ἐκεῖνο εἰδὼς,

21. πρέποι] πρέπει L.

Belisarium praedicantes, mortuorumque potiti spoliis, Gotthi vero suis medentes sauciis, atque interfectos lugentes.

24. Imperatori literas Belisarius in hanc sententiam scripsit. *In Italiam pervenimus, uti iusseras, et magna potiti illius parte, Romam etiam recepimus, exactis hinc Barbaris, quorum Praefectum Leuderin ad vos misi non ita pridem. Postquam autem praesidia militaria imposuimus locis validis, quae in Sicilia atque Italia occupavimus, exercitus ad quinque millia redactus superfuit: hostium vero centum et quinquaginta millia nos invaserunt. Ac primum, cum ad fluvium Tiberim ivissemus exploraturi, praeterque opinionem in necessitatem confligendi incidissemus, parum abfuit quin hastarum vis nos obruerit. Deinde muros copiis omnibus ac machinis undique aggressi Barbari, tantum non primo nos urbemque cepere aditu; fecissentque, nisi fortuna prospera ex periculo nos eripuisset. Etenim quae naturam rerum excedunt, ea merito, non humanae virtuti ac fortitudini, sed Deo sunt ascribenda. Quae hactenus, seu Fortunae munere, seu virtute propria gessimus, optimo certe loco sunt: quae vero consequentur, tuam ut rem augeant velim. Quare quidquid et a me dici, et a vobis*

ὡς πρόεισι μὲν τὰ ἀνθρώπεια ὅπῃ ἂν βουλομένῳ τῷ θεῷ εἴη, οἱ δὲ τῶν ἔργων ἁπάντων προστάται ἐκ τῶν σφίσιν αὐτοῖς πεπρα- P 371
γμένων τὰς αἰτίας ἢ τοὺς ἐπαίνους ἐς ἀεὶ φέρονται. οὐκοῦν ὅπλα τε καὶ στρατιῶται στελλέσθων ἐς ἡμᾶς τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὥστε τοῖς πολεμίοις ἡμᾶς τὸ λοιπὸν ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ἐς πόλεμον τόνδε καθίστασθαι. οὐ γὰρ ἅπαντα χρεὼν πιστεύειν τῇ τύχῃ, ἐπεὶ οὐδὲ ὁμοίως ἐς πάντα τὸν χρόνον φέρεσθαι πέφυκεν. ἀλλὰ σὲ, ὦ βασιλεῦ, ἐκεῖνο εἰσίτω, ὡς ἢν νῦν ἡμῶν οἱ βάρβαροι περιέσονται, Ἰταλίας τε τῆς σῆς ἐκπεσούμεθα καὶ προσαποβαλοῦμεν τὸ στράτευμα, καὶ προσέσται ἡμῖν τοσαύτη τις οὖσα ἡ ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων αἰσχύνη. ἐῶ γὰρ λέγειν ὡς καὶ Ῥωμαίους ἀπολεῖν δόξαιμεν, οἵ γε περὶ ἐλάσσονος τὴν σωτηρίαν τῆς ἐς τὴν σὴν βασιλείαν πεποίηνται πίστεως. ὥστε ἡμῖν καὶ τὴν B
ἄχρι τοῦδε γενομένην εὐημερίαν εἰς συμφορῶν ὑπόθεσιν τετελευτηκέναι ξυμβήσεται. εἰ γὰρ Ῥώμης ἡμῖν καὶ Καμπανίας καὶ πολλῷ πρότερον Σικελίας ἀποκεκροῦσθαι τετύχηκε, τὸ πάντων ἂν ἡμᾶς κουφότατον τῶν κακῶν ἔδακνε τὸ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις δεδυνῆσθαι πλουτεῖν. καὶ μὴν καὶ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι ὑμᾶς ἄξιον, ὡς Ῥώμην οὐπώποτε πλείω τινὰ χρόνον οὐδὲ μυριάσι πολλαῖς διαφυλάξαι δυνατὸν γέγονε, χώραν τε περιβεβλημένην πολλὴν καὶ τῷ μὴ ἐπιθαλασσίαν εἶναι τῶν ἀναγκαίων ἀποκεκλεισμένην ἁπάντων. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν νῦν εὐνοϊκῶς ἡμῖν ἔχουσι, τῶν δὲ

4. στελλέσθων] Vulgo στελλέσθω. 10. προσέσται Hm. προσέσθαι HP. 17. ἡμᾶς] ὑμᾶς H. 19. οὐπώποτε Vat. οὔπω ποτὲ P.

fieri convenit, non celabo, haud ignarus, Dei quidem arbitrio res humanas fluere, operum vero omnium Duces vituperium vel laudem ex iis, quae ipsi fecerint, reportare consuevisse. Itaque arma nobis mittantur ac milites, eo numero, ut in posterum paribus cum hoste viribus bellum hoc geramus. Neque enim reponenda sunt omnia in cura ac fide Fortunae: quippe quae eumdem semper cursum tenere minime soleat. Tecum illud, Auguste, cogita, nos, si iam hostis vicerit, ex Italia tua deturbatum iri, simulque exercitum amissuros, cum ingenti ob rem male gestam dedecore. Omitto, quod Romanos, quibus fides in Maiestatem tuam antiquior salute fuit, in exitium coniecisse videbimur, et laeti successus, quos ad hanc diem habuimus, nihil denique nisi doloris materiam relinquent nobis. Etenim, si ab urbe Roma et Campania, multoque ante a Sicilia repulsi forte fuissemus, id nos, omnium utique malorum levissimum, morderet, quod bonis in aliena manu positis non potuissemus ditari. Hoc etiam vobis perpendendum est, ne multarum quidem myriadum praesidio potuisse unquam conservari Romam diutius, cum ob amplitudinem, tum quod a mari remota, rebus omnibus necessariis intercludatur. Ac Romani quidem iam nobis student; si tamen aerumnae

κακῶν αὐτοῖς, ὡς τὸ εἰκός, μηκυνομένων, οὐδὲν μελλήσουσιν C ὑπὲρ αὐτῶν ἑλέσθαι τὰ κρείσσω. οἱ γὰρ ἐξ ὑπογυίου τισὶν ἐς εὔνοιαν καθιστάμενοι, οὐ κακοτυχοῦντες, ἀλλ' εὖ πάσχοντες, V 45 τὸ πιστὸν ἐς αὐτοὺς διασώζειν εἰώθασιν. ἄλλως τε καὶ Ῥωμαῖοι λιμῷ ἀναγκασθήσονται πολλὰ ὧν οὐκ ἂν βούλοιντο πρᾶξαι. ἐγὼ μὲν οὖν οἶδα θάνατον ὀφείλων τῇ σῇ βασιλείᾳ, καὶ διὰ τοῦτό ζῶντά με οὐδεὶς ἂν ἐνθένδε ἐξελεῖν δύναιτο. σκόπει δὲ ὁποίαν σοί ποτε δόξαν ἡ τοιαύτη Βελισαρίου τελευτὴ φέροι." τοσαῦτα μὲν Βελισάριος ἔγραψε. βασιλεὺς δὲ ξυνταραχθεὶς στράτευμά τε καὶ ναῦς σπουδῇ ἤγειρε καὶ τοῖς ἀμφὶ Βαλεριανόν τε καὶ Μαρτῖνον ἐπέστελλε κατὰ τάχος ἰέναι. σταλέντες γὰρ ξὺν στρατεύματι ἄλλῳ ἀμφὶ τὰς χειμερινὰς τροπὰς ἔτυχον, ἐφ' ᾧ πλεύσουσιν εἰς D Ἰταλίαν. οἱ δὲ καταπλεύσαντες εἰς τὴν Ἑλλάδα (περαιτέρω γὰρ H 203 βιάζεσθαι τὸν πλοῦν οὐχ οἷοί τε ἦσαν) διεχείμαζον εἰς τὰ ἐπὶ Αἰτωλίας καὶ Ἀκαρνανίας χωρία. ταῦτά τε Βελισαρίῳ δηλώσας Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔτι μᾶλλον αὐτόν τε καὶ Ῥωμαίους ἅπαντας ἐς τὴν προθυμίαν ἐπέρρωσεν.

Ἐν τούτῳ δὲ ξυνηνέχθη ἐν Νεαπόλει τοιόνδε γενέσθαι. Θευδερίχου τοῦ Γότθων ἄρχοντος εἰκὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐτύγχανεν οὖσα, ἐκ ψηφίδων τινῶν ξυγκειμένη, μικρῶν μὲν ἐς ἄγαν, χροιαῖς δὲ βεβαμμένων σχεδόν τι ἁπάσαις. ταύτης τῆς εἰκόνος ποτὲ τὴν κεφαλὴν διαρρυῆναι ζῶντος Θευδερίχου ξυμβέβηκε, τῆς τῶν ψη-

2. ὑπογυίου] ὑπογύου L. 9. δὲ Vat. τε P. *ibid.* στράτευμά τε LHm. στρατεύματά τε HP. 10. Βαλεριανόν] βαλλεριανόν HL. *ibid.* Μαρτῖνον] μαρῖνον HL. 17. ἐπέρρωσεν Vat. ἐπτέρωσεν P.

protrahantur, apparet eos meliora primo quoque tempore amplexuros. Nam qui recens amicitiam iunxere, non duris rebus exerciti, sed beneficiis affecti, in fide manere solent. In primis fames Romanos ad multa, quae admittere nollent, subiget. Me vero, qui vitam Maiestati tuae meam deberi scio, me, inquam, vivum nemo hinc deiicere poterit. Sed vide quid tandem laudis allaturus tibi sit eiusmodi exitus Belisarii. His a Belisario scriptis, turbatus Imperator, copias et naves propere colligit, et Valeriano ac Martino mandat, pergere maturent. Iam enim circa solstitium hibernum cum aliis copiis eo profecti consilio, ut in Italiam navigarent, cum appulissent in Graeciam, propterea quod cursum tendere ultra non poterant, in Aetolia et Acarnania hiemabant. Quae cum Iustinianus August. Belisario significasset, cum ipsi, tum Romanis omnibus animum addidit et alacritatem.

Hoc interim spatio Neapoli res huiusmodi contigit. In foro visebatur Theoderici Gotthorum Regis effigies, ex lapillis compacta, minutis admodum, et versicoloribus fere singulis. Huius caput olim, vivente Theoderico, defluxit, turbatis sponte sedibus lapillorum: ac brevi Theo-

φίδων ἐπιβολῆς ἐκ τοῦ αὐτομάτου ξυνταραχθείσης, καὶ Θευδερίχῳ ξυνηνέχθη τελευτῆσαι τὸν βίον αὐτίκα δὴ μάλα. ἐνιαυτοῖς δὲ ὀκτὼ ὕστερον αἱ τὴν τῆς εἰκόνος γαστέρα ποιοῦσαι ψηφῖδες P 372 διερρύησαν ἐξαπιναίως καὶ Ἀταλάριχος ὁ Θευδερίχου θυγατριδοῦς εὐθὺς ἐτελεύτα. χρόνου δὲ τριβέντος ὀλίγου πίπτουσι μὲν ἐς γῆν αἱ περὶ τὰ αἰδοῖα ψηφῖδες, Ἀμαλασοῦνθα δὲ ἡ Θευδερίχου παῖς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐχώρησε. Γότθων δὲ Ῥώμης ἐς τὴν πολιορκίαν καθισταμένων τὰ ἐκ τῶν τῆς εἰκόνος μηρῶν ἄχρι ἐς ἄκρους πόδας διεφθάρθαι τετύχηκε. ταύτῃ τε ἅπασα ἐκ τοῦ τοίχου ἐξίτηλος ἡ εἰκὼν γέγονεν, οἵ τε Ῥωμαῖοι τὸ πρᾶγμα τοῦτο ξυμβαλόντες περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ ἰσχυρίζοντο τὸν τοῦ βασιλέως στρατὸν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν εἶναι τοὺς B Θευδερίχου πόδας ἢ τὸν Γότθων λεὼν, ὧν ἐκεῖνος ἦρχεν, οἰόμενοι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ εὐέλπιδες ἔτι μᾶλλον ἐγένοντο. ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ τῶν τινες πατρικίων τὰ Σιβύλλης λόγια προὔφερον, ἰσχυριζόμενοι τὸν κίνδυνον τῇ πόλει ἄχρι ἐς τὸν Ἰούλιον μῆνα γεγενῆσθαι μόνον. χρῆναι γὰρ τότε βασιλέα Ῥωμαίοις καταστῆναί τινα, ἐξ οὗ δὴ τὸ Γετικὸν οὐδὲν Ῥώμη τὸ λοιπὸν δείσειε. Γετικὸν γὰρ ἔθνος φασὶ τοὺς Γότθους εἶναι. εἶχε δὲ τὸ λόγιον ὧδε. ἦν τι νιοιμεν ζὲ και ιβενυω. καὶ κατε νησι γρ' σοενιπιήυ ἔτι σο C πιαπίετα. πέμπτον δὲ μῆνα τὸν Ἰούλιον ἰσχυρίζοντο εἶναι, οἱ μὲν, ὅτι Μαρτίου ἱσταμένου ἡ πολιορκία κατ' ἀρχὰς γέγονεν,

6. ἡ addidi ex L. 13. τὸν γένθων L. τῶν Γότθων P. 20. ἦν τε —] Opsopaeus in fragmentis Sibyllinorum orac. p. 432. oraculum Sibyllinum ex codice MS. Iac. Aug. Thuani eodem fere modo, quo hic legitur, exscripsit. Malt. *ibid.* ιβενυω] βενυω L. *ibid.* ἔτι σο] ἔτι συ HL.

derici consecutus est obitus. Octo post annis, dilapsis repente calculis, qui imaginis ventrem conflabant, decessit statim Atalaricus, Theoderici nepos ex filia. Aliquanto post ceciderunt lapilli, qui circa verenda erant: tum inter homines esse desiit Theoderici filia Amalasuntha. Quae cum ita se habuissent, Gotthis Romam obsidentibus, reliquae partes imaginis, a femoribus ad imos pedes, corruerunt, itaque ex pariete effigies prorsus abolevit. Inde Romani capto omine, belli victorem fore Imperatoris exercitum asseverabant, interpretantes, nihil esse aliud Theoderici pedes, nisi Gotthos, quibus ille imperasset: unde meliorem in dies spem capiebant. Romae autem Patricii quidam Sibyllae Oracula preferebant, praedici his affirmantes, nonnisi ad mensem Iulium Romam in discrimine fore: fixum enim esse ut Romanorum Imperator tum quispiam crearetur, ex quo nihil Geticum Roma amplius extimesceret. Nam Gotthos aiunt gentem esse Geticam. His porro verbis constabat Oraculum: *Quintili mense * * * Roma nihil Geticum metuet.* Quintum vero mensem asserebant esse Iulium: hi quidem, quod obsidio coepta esset ineunte Martio, a quo mensis quintus est Iulius: hi vero, quia ante regnum

ἀφ᾽ οὗ δὴ πέμπτον Ἰούλιον ξυμβαίνει εἶναι, οἱ δὲ, ὅτι Μάρτιον πρῶτον πρὸ τῆς Νουμᾶ βασιλείας ἐνόμιζον μῆνα, ὅτε δὴ Ῥωμαίοις ἐς δέκα μῆνας ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνος ξυνήει, ὁ Ἰούλιός τε ἀπ᾽ αὐτοῦ Κιντύλιος ὠνομάζετο. ἀλλ᾽ ἦν ἄρα τούτων οὐδὲν ὑγιές. οὐδὲ γὰρ βασιλεὺς τότε Ῥωμαίοις κατέστη, καὶ ἡ πολιορκία ἐνιαυτῷ ὕστερον διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, καὶ αὖθις ἐπὶ Τωτίλα Γότθων ἄρχοντος ἐς τοὺς ὁμοίους Ῥώμη κινδύνους ἀνιέναι, D ὥς μοι ἐν τοῖς ὄπισθεν λελέξεται λόγοις. δοκεῖ γάρ μοι οὐ ταύτην δὴ τὴν βαρβάρων ἔφοδον τὸ μαντεῖον δηλοῦν, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ ἢ ἤδη ξυμβᾶσαν ἢ ὕστερόν ποτε ἐσομένην. τῶν γὰρ Σιβύλλης λογίων τὴν διάνοιαν πρὸ τοῦ ἔργου ἐξευρεῖν ἀνθρώπῳ οἶμαι ἀδύνατα εἶναι. αἴτιον δὲ, ἅπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω ἐκεῖνα ἀναλεξάμενος ἅπαντα, ἡ Σίβυλλα οὐχ ἅπαντα ἑξῆς τὰ πράγματα λέγει οὐδὲ ἁρμονίαν τινὰ ποιουμένη τοῦ λόγου, ἀλλ᾽ ἔπος εἰποῦσα ὅ τι δὴ ἀμφὶ τοῖς Λιβύης κακοῖς ἀπεπήδησεν εὐθὺς ἐς τὰ Περσῶν ἤθη. ἐνθένδε τε Ῥωμαίων ἐς μνήμην ἐλθοῦσα μεταβιβάζει ἐς τοὺς Ἀσσυρίους τὸν λόγον. καὶ πάλιν ἀμφὶ Ῥωμαίοις μαντευομένη προλέγει τὰ Βρεττανῶν πάθη. ταύτῃ τε P 373 V 46 ἀδύνατά ἐστιν ἀνθρώπῳ ὁτῳοῦν πρὸ τοῦ ἔργου τῶν Σιβύλλης λόγων ξυνιέναι, ἢν μὴ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐκβάντος ἤδη τοῦ πράγματος καὶ τοῦ λόγου ἐς πεῖραν ἐλθόντος ἀκριβὴς τοῦ ἔπους ἑρ-

1. ξυμβαίνει Opsopaeus. Vulgo ξυμβαίνειν. 3. ξυνήει Hm. ξυνίῃ HP. 6. ἐνιαυτῷ ex Vat. addidit P. 7. Ῥώμη κινδύνους ἀνιέναι Classenus. Vulgo Ῥώμην κινδυνεύουσαν εἶναι. 13. Σίβυλλα] Σιβύλλα P. 20. ξυνιέναι] ξυνεῖναι HL. ξυνιέναι Hoesch. in annot.

Numae, cum annum mensibus decem Romani componerent, primum numerabant Martium; ex quo factum, ut Iulius Quintilis dictus fuerit. At haec omnia vana erant. Nam nec Romanorum Imperator creatus tum quisquam est, nec nisi post annum solvenda erat obsidio; et quo tempore Totilas Gotthis praefuit, Roma in eadem pericula recidit, quemadmodum in libris consequentibus narrabo. Neque enim videtur mihi vaticinium, hanc Barbarorum expeditionem significare, sed aliam quampiam, vel iam ante praeteritam, vel aliquando futuram olim. Certe fieri non posse arbitror, ut mentem oraculorum Sibyllae, priusquam accesserit exitus, humana intelligentia assequatur. Cuius rei causam ex iis peto, quae meis perlecta oculis modo promam. Nimirum Sibylla non omnia pandit ordine unoque contextu: sed verbo indicatis Africae calamitatibus, in Persidem confestim transilit: hinc, Romanorum mentione inducta, orationem ad Assyrios transfert: et ad Romanos converso iterum vaticinio, Britanniae clades praenuntiat. Quare oracula Sibyllina ante eventum nemo potest percipere: sed necesse est ut tempus ipsum, re iam peracta, et comprobata experimento praedictione, huius interpres sit accu-

μηνυτὴς γένηται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν λογιζέσθω ἕκαστος ὅπως αὐτῷ φίλον. ἐγὼ δὲ ὅθενπερ ἐξέβην ἐπάνειμι.

κε΄. Ἐπειδὴ Γότθοι ἀπεκρούσθησαν τειχομαχοῦντες, ηὐ- B λίσαντο τὴν νύκτα ἐκείνην οὕτως ὥσπερ ἐρρήθη ἑκάτεροι. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Βελισάριος πάντας Ῥωμαίους ἐκέλευε παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐς Νεάπολιν ὑπεκκομίζειν, καὶ τῶν οἰκετῶν ὅσους μὴ ἀναγκαίους σφίσιν ἐς τοῦ τείχους τὴν φυλακὴν ἔσεσθαι ᾤοντο, ὅπως δὴ μὴ ἐς ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων καθιστῶνται. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ποιεῖν καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπήγγειλεν, εἴ τινι οἰκέτης ἢ θεράπαινα ἦν. οὐ γὰρ ἔτι οἷός τε εἶναι τὰς σιτήσεις αὐτοῖς ἔφασκεν ἐν πολιορκίᾳ κατὰ τὰ εἰωθότα παρέχεσθαι, ἀλλ' αὐτοὺς τὸ C μὲν ἥμισυ ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἐν αὐτοῖς φέρεσθαι τοῖς ἐπιτηδείοις ἐπάναγκες εἶναι, τὸ δὲ λειπόμενον ἐν ἀργυρίῳ. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα H 204 ἐποίουν. καὶ πολὺ αὐτίκα πλῆθος ἐς Καμπανίαν ᾔει. ἐκομίζοντο δὲ οἱ μὲν πλοίων ἐπιτυχόντες ἅπερ ἐν τῷ Ῥώμης λιμένι ὡρμίζοντο, οἱ δὲ καὶ πεζῇ ὁδῷ τῇ καλουμένῃ Ἀππίᾳ ἰόντες. κίνδυνός τε οὐδεὶς ἢ δέος ἐκ τῶν πολιορκούντων ἐγένετο οὔτε τοῖς ταύτῃ βαδίζουσιν οὔτε τοῖς ἐπὶ λιμένος ἰοῦσιν. οἱ γὰρ πολέμιοι οὔτε Ῥώμην ξύμπασαν τοῖς χαρακώμασι περιλαβέσθαι διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως οἷοί τε ἦσαν οὔτε κατ' ὀλίγους ἐτόλμων μακρὰν ἀπολείπεσθαι τῶν στρατοπέδων, φοβούμενοι τὰς ἐπεκδρομὰς D τῶν ἐναντίων. καὶ δι' αὐτὸ τοῖς πολιορκουμένοις ἐπὶ χρόνον τινὰ

2. ὅθενπερ ἐξέβην] ὅθεν παρεξέβην L. 4. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. ibid. δ' L. δὲ P. 9. οἰκέτης] οἰκέτις HL. 17. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ P. 19. περιλαβέσθαι] περιβαλέσθαι Hoeschelius.

ratus. Sed de his quisque ad libitum iudicet: ego vero eo, unde sum digressus revertor.

25. Ita noctem illam, ut diximus, Romani traduxere et Gotthi, postquam isti a moenibus, quae oppugnabant, repulsi sunt. Postridie Belisarius Romanis omnibus edixit, uxores, liberos ac servitia, quae ad murorum custodiam minus necessaria viderentur, deportarent Neapolin, ne annonae penuria laborarent. Idem militibus, si cui famulus vel ancilla erat, iniunxit, cum diceret obsidione eripi sibi facultatem distribuendi cibaria consueto modo; verum necesse esse ut ipsorum quidem cibariorum dimidiam portionem singulis diebus acciperent, pro reliqua vero pecuniam. Illi morem gesserunt, ac statim turba ingens in Campaniam iter intendit; idque pars navibus in Romano portu inventis, pars pedibus via Appia confecerunt. Iis autem, qui vel hac progrediebantur, vel ibant ad portum, nullum obsessores periculum, nullum metum afferebant. Nam hostes, nec Romam castris totam cingere, propter urbis magnitudinem, poterant, nec manipulatim a castris longius digredi audebant, eruptionum hostilium metu coërciti. Quapropter obsessis liberum aliquan-

πολλὴ ἐξουσία ἐγένετο τῆς τε πόλεως ἀπανίστασθαι καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔξωθεν ἐς αὐτὴν ἐσκομίζεσθαι. μάλιστα δὲ νύκτωρ οἱ βάρβαροι ἐς δέος τε ἀεὶ μέγα καθίσταντο καὶ φυλακὰς ποιούμενοι ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἡσύχαζον. ἐπεὶ ἐκ τῆς πόλεως ἄλλοι τε καὶ Μαυρούσιοι συχνοὶ ἐξιόντες, ὅπη τοὺς πολεμίους ἢ καθεύδοντας ἢ ὁδῷ ἰόντας κατ' ὀλίγους εὑρήσειαν (οἷα πολλὰ ἐν στρατῷ μεγάλῳ εἰώθει γίνεσθαι, ἄλλων τε ἀναγκαίων χρειῶν ἕνεκα καὶ τοῦ βόσκειν ἵππους τε καὶ ἡμιόνους καὶ ζῷα ὅσα ἐς βρῶσιν ἐπιτήδεια ἦν) ἔκτεινόν τε καὶ κατὰ τάχος ἐσκυλευκότες, πλειόνων σφίσιν, P 374 ἂν οὕτω τύχῃ, πολεμίων ἐπιπεσόντων ὑπεχώρουν δρόμῳ, ἄνδρες φύσει τε ποδώκεις καὶ κούφως ἐσκευασμένοι καὶ τῇ φυγῇ προλαμβάνοντες. οὕτω μὲν ἐκ Ῥώμης ὑποχωρεῖν ὁ πολὺς ὅμιλος ἴσχυον, καὶ οἱ μὲν ἐπὶ Καμπανίας, οἱ δὲ ἐπὶ Σικελίας ᾔεσαν, οἱ δὲ ὅπη ῥᾷόν τε σφίσιν ἐνομίσθη καὶ βέλτιον εἶναι. Βελισάριος δὲ ὁρῶν τόν τε στρατιωτῶν ἀριθμὸν ἥκιστα ἐς τὴν τοῦ τείχους περίοδον ἐξικνούμενον (ὀλίγοι τε γὰρ ἦσαν, ὥσπερ μοι ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ οὐκ ἀεὶ φυλάσσειν οἱ αὐτοὶ ἄυπνοι ἴσχυον, ἀλλ' οἱ μὲν B ὕπνον, ὡς τὸ εἰκὸς ᾑροῦντο, οἱ δὲ ἐς τὴν φυλακὴν ἐτετάχατο, καὶ τοῦ δήμου τὸ πλεῖστον μέρος πενίᾳ τε πιεζόμενον καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζον· ἅτε γὰρ βαναύσοις ἀνθρώποις ἐφήμερά τε ἅπαντα ἔχουσι καὶ ἀργεῖν διὰ τὴν πολιορκίαν ἠναγκασμένοις πόρος οὐδεὶς τῶν ἐπιτηδείων ἐγένετο) στρατιώτας τε καὶ ἰδιώτας

6. εὑρήσειαν] εὑρήσειεν L. 16. τε γὰρ] Vulgo γάρ τε.
19. πιεζόμενον] πιεζόμενοι HL.

diu fuit urbe excedere, et aliunde in eam commeatus inferre. Noctu praesertim formidine trepidabant Barbari, et agentes excubias, in castris se continebant: quoniam ex urbe cum alii, tum Mauri crebro sese eiiciebant, et ubicunque hostes vel somno oppressos offenderent, vel exiguo numero incedentes (ut in magno exercitu saepe fit, cum vel usus vitae necessarii postulant, vel ad pastum ducendi sunt equi, muli et pecudes, quarum carnibus vescimur) obtruncabant, illisque raptim spoliatis, si forte maior hostium numerus ingrueret, subducebant se cursu, ut est hominum genus natura levipes, armis gravibus nudum, et fuga assuetum praevertere. Itaque Roma libere migravit magna multitudo: atque hi in Campaniam, illi in Siciliam, alii alio, prout ipsis facilius videbatur ac melius, concesserunt. Tunc Belisarius numerum militum ad murorum ambitum proportionem non habere animadvertit. Pauci enim erant, ut supra dixi, nec poterant iidem semper excubare vigiles; sed his somnum, ut par erat, capientibus, illi custodiam agitabant. Praeterea videbat maximam plebis partem egestate et victus penuria premi. Et vero, cum viles essent opifices, qui in diem viverent, ac feriari cogerentur obsidione, parandae rei cibariae ratio ipsis deerat. His de causis Belisarius homines

ξυνέμιξε καὶ φυλακτήριον ἔνειμε, ῥητόν τινα μισθὸν ἰδιώτῃ ἀνδρὶ τάξας ἐς ἡμέραν ἑκάστην. ὧν δὴ ἐγένοντο μὲν καὶ ξυμμορίαι ἐς τὴν φυλακὴν ἱκανῶς ἔχουσαι, νύκτα δὲ τακτὴν ἡ φυλακὴ τοῦ περιβόλου ἐπέκειτο ξυμμορίᾳ ἑκάστῃ, ἐφύλασσόν τε αὐτῶν V 47 C ἐκ περιτροπῆς ἅπαντες. καὶ ταύτῃ Βελισάριος ἑκατέρων τὴν ἀπορίαν διέλυεν.

Ὑποψίας δὲ ἐς Σιλβέριον τὸν τῆς πόλεως ἀρχιερέα γεγενημένης, ὡς δὴ προδοσίαν ἐς Γότθους πράσσει, αὐτὸν μὲν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔπεμψεν αὐτίκα, ἕτερον δὲ ἀρχιερέα ὀλίγῳ ὕστερον, Βιγίλιον ὄνομα, κατεστήσατο. τινὰς δὲ καὶ τῶν ἐκ βουλῆς ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ ἐνθένδε ἐξελάσας, ἐπειδὴ τὴν πολιορκίαν οἱ πολέμιοι διαλύσαντες ἀνεχώρησαν, ἐς τὰ οἰκεῖα κατήγαγεν αὖθις. ἐν τοῖς καὶ Μάξιμος ἦν, οὗ δὴ ὁ προπάτωρ Μάξιμος τὸ ἐς Βα- D λεντινιανὸν βασιλέα πάθος εἴργαστο. δείσας δὲ μή τις πρὸς φυλάκων τῶν κατὰ πύλας ἐπιβουλὴ γένηται, καί τις ἔξωθεν χρήμασί τε αὐτοὺς κακουργήσων ἴῃ, δὶς ἑκάστου μηνὸς τάς τε κλεῖς ἁπάσας ἀφανίζων ἀνενεοῦτο ἀεὶ ἐς ἕτερον σχῆμα, καὶ τοὺς φύλακας ἐς φυλακτήριον ἄλλο μακράν που ἄποθεν τοῦ προτέρου ἀντικαθίστη, τοῖς τε ἐν τῷ περιβόλῳ φυλακὴν ἔχουσιν ἄρχοντας ἐς νύκτα ἑκάστην ἑτέρους ἐφίστη. οἷς δὴ ἐπέκειτο μέτρον τι τοῦ τείχους περιιοῦσιν ἐκ περιτροπῆς ἀναγράφεσθαι τὰ τῶν φυλάκων ὀνόματα, καὶ ἤν τις ἐνθένδε ἀπολειφθείη, ἕτερον μὲν ἀντ' αὐ-

7. Σιλβέριον] λιβέριον HL. *ibid.* τὸν excidit in P. 16. αὐτοὺς L corr. αὐτοῖς P. *ibid.* ἴῃ] Vulgo εἴη. 19. φυλακὴν ἔχουσιν addidi ex Vat. 21. περιιοῦσιν] περιοῦσιν HL: illud Hm.

e plebe militibus adiunxit, divisitque custodias, plebeio cuique certa quadam constituta mercede in dies singulos. Eorum classes ita descriptae sunt, ut vigiliis agendis sufficerent. Ac sua cuique classi nox, qua moenia custodiret, assignata erat, sic, ut in orbem omnes excubarent. Hoc modo Belisarius utrorumque difficultatem et inopiam depulit.

Cum autem esset suspicio, Silverium, urbis Antistitem, cum Gotthis proditionem moliri; confestim eum relegavit in Graeciam, ac Vigilium paulo post ad Pontificatum provexit. Quosdam etiam Senatores eamdem ob causam in exilium missos, deinde, post solutam obsidionem discessumque hostium, restituit. In eo fuit numero Maximus, cuius progenitor Maximus, Valentiniano Aug. interitum attulit. Porro veritus Belisarius ne qua fraus a portarum custodibus instrueretur, neu quis externus pecunia tentaret eorum animos et corrumperet; bis quoque mense claves omnes diffingens, nova illas forma cudebat; et in aliam stationem custodes transferebat, a pristina valde dissitam; ac vigilum, qui erant in muro, ducibus, per noctes singulas amotis, sufficiebat novos; quorum id munus erat, ut in orbem aliquod muri spatium obeundo, nomina excubitorum mandarent commentariis, ac si quis desideraretur, alterum illico in

τοῦ καταστήσασθαι ἐν τῷ παραυτίκα, ἀναστρέφειν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς αὐτὸν, ὅστις ποτὲ ὁ ἀπολειφθεὶς εἴη, ὅπως δὴ κόλασις ἡ προσήκουσα ἐς αὐτὸν γένοιτο. καὶ μουσικοῖς μὲν ὀργάνοις P 375 χρῆσθαι τοὺς τεχνίτας ἐν τῷ περιβόλῳ νύκτωρ ἐκέλευε, τῶν δὲ στρατιωτῶν τινας καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν Μαυρουσίων ἔξω ἔπεμπεν, οἳ ἀμφὶ τὴν τάφρον διανυκτερεύειν ἀεὶ ἔμελλον, καὶ ξὺν αὐτοῖς κύνας ἠφίει, ὅπως δὴ μηδὲ ἄποθέν τις ἐπὶ τὸν περίβολον ἰὼν διαλάθοι. τότε καὶ τοῦ Ἰάνου νεὼ τὰς θύρας τῶν τινες Ῥωμαίων βιασάμενοι ἀνακλῖναι λάθρα ἐπείρασαν. ὁ δὲ Ἰανος οὗτος πρῶτος μὲν ἦν τῶν ἀρχαίων θεῶν, οὓς δὴ Ῥωμαῖοι γλώσσῃ τῇ σφε- B τέρᾳ πένητας ἐκάλουν. ἔχει δὲ τὸν νεὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ὀλίγον ὑπερβάντι τὰ τρία φᾶτα. οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς μοίρας νενομίκασι καλεῖν. ὅ τε νεὼς ἅπας χαλκοῦς ἐν H 205 τετραγώνῳ σχήματι ἕστηκε, τοσοῦτος μὲν, ὅσον ἄγαλμα τοῦ Ἰάνου σκέπειν. ἔστι δὲ χαλκοῦν οὐχ ἧσσον ἢ πηχῶν πέντε τὸ ἄγαλμα τοῦτο, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἐμφερὲς ἀνθρώπῳ, διπρόσωπον δὲ τὴν κεφαλὴν ἔχον, καὶ τοῦ προσώπου θάτερον μὲν πρὸς ἀνίσχοντα, τὸ δὲ ἕτερον πρὸς δύοντα ἥλιον τέτραπται. θύραι τε χαλκαῖ ἐφ' ἑκατέρῳ προσώπῳ εἰσὶν, ἃς δὴ ἐν μὲν εἰρήνῃ καὶ C ἀγαθοῖς ἐπιτίθεσθαι τὸ παλαιὸν Ῥωμαῖοι ἐνόμιζον, πολέμου δὲ σφίσιν ὄντος ἀνεῷχθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, Ῥωμαῖοι ἐτίμησαν, ταύτας δὴ τὰς θύρας οὐκέτι οὐδὲ πολεμοῦντες ἀνέκλινον. ἀλλ' ἐν ταύτῃ δὴ τῇ πολιορκίᾳ

10. Ῥωμαῖοι om. L. 11. πένητας] Immo πένατας.

eius locum substituerent; postridie demum ad Belisarium ipsum referrent absentis nomen, ut in eum pro merito animadverteretur. Noctu quoque pro moenibus artifices musicis instrumentis iubebat uti, et militum, atque in primis Maurorum, manipulos foras mittebat, ad fossam excubituros cum canibus; ut nemo, vel e longinquo, veniens ad muros, lateret. Hoc ipso tempore Romani quidam fanum Iani, foribus vi illata, clam aperire tentarunt. Fuit hic Ianus veterum primus Deorum, quos sua Romani lingua Penates appellavere. Aedem vero habet in foro pro Curia, paulo supra Tria Fata: sic Romani Parcas vocare consueverunt. Sacellum illud totum ex aere constat, quadrata forma, eaque magnitudine, quae vix tegendo Iani simulacro sufficiat. Hoc autem fusum etiam ex aere, et quinque saltem cubitos longum, caetera quidem homini simile est, sed bifrons caput habet, vultuque uno Solem orientem spectat, altero occidentem. Ad vultum utrumque stant fores aheneae, quas in pace optimisque temporibus solebant olim Romani claudere, rursus patefacere, cum bellum gererent. Verum Christianam religionem amplexi, cum tam eam colerent, quam qui maxime, nunquam, ne bello quidem ardente, fores illas aperiebant. In hac tandem obsidione, quidam superstitione

τινὲς τὴν παλαιάν, οἶμαι, δόξαν ἐν νῷ ἔχοντες ἐγκεχειρήκασι μὲν αὐτὰς ἀνοιγνύναι λάθρα, οὐ μέντοι παντάπασιν ἴσχυσαν, πλήν γε δὴ ὅσον μὴ ἐς ἀλλήλας, ὥσπερ τὸ πρότερον, μεμυκέναι τὰς θύρας. καὶ ἔλαθόν γε οἱ τοῦτο δρᾶν ἐγκεχειρηκότες. ζήτησις δὲ τοῦ ἔργου οὐδεμία, ἅτε ἐν θορύβῳ μεγάλῳ, ἐγεγόνει, ἐπεὶ οὐδὲ τοῖς ἄρχουσιν ἐγνώσθη, οὐδὲ ἐς τὸ πλῆθος, ὅτι μὴ ἐς ὀλίγους κομιδῆ, ἦλθεν.

κϛʹ. Οὐίτιγις δὲ τὰ πρῶτα θυμῷ τε καὶ ἀπορίᾳ ἐχόμενος D V 48 τῶν δορυφόρων τινὰς ἐς Ῥάβενναν πέμψας Ῥωμαίων τοὺς ἐκ βουλῆς ἅπαντας, οὕσπερ κατ' ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου ἐνταῦθα ἤγαγε, κτείνειν ἐκέλευε. καὶ αὐτῶν τινες μὲν προμαθόντες φυγεῖν ἴσχυσαν, ἐν οἷς Κερβεντῖνός τε ἦν καὶ Ῥεπάρατος, Βιγιλίου ἀδελφὸς, τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως, οἵπερ ἄμφω ἐς Λιγούρους κομισθέντες αὐτοῦ ἔμενον. οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες διεφθάρησαν. μετὰ δὲ Οὐίτιγις πολλὴν ἄδειαν ὁρῶν τοῖς πολεμίοις οὖσαν ἐκφορεῖν τε εἴ τι ἐκ τῆς πόλεως βούλοιντο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια κατά P 376 τε γῆν καὶ θάλασσαν ἐσκομίζεσθαι, τὸν λιμένα, ὃν δὴ πόρτον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, καταλαβεῖν ἔγνω. ὃς δὴ ἀπέχει μὲν τῆς πόλεως ἓξ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίους. μέτρῳ γὰρ τοσούτῳ τὸ μὴ ἐπιθαλασσία εἶναι διείργεται Ῥώμη. ἔστι δὲ ᾗ ὁ ποταμὸς Τίβερις τὰς ἐκβολὰς ἔχει, ὃς δὴ ἐκ Ῥώμης φερόμενος, ἐπειδὰν τῆς θαλάσσης ἐγγυτέρω γένηται ὅσον ἀπὸ σταδίων πεντεκαίδεκα, δίχα σχιζόμενος τὴν ἱερὰν καλουμένην νῆσον ἐνταῦθα ποιεῖ.

12. Κερβεντῖνος P ex Vat. ut videtur. γερβεντῖνος HL. Βεργαντῖνος Grotius.

prisca, ut reor, imbuti, ipsas pandere occulte aggressi sunt; at consilium omnino exequi non potuerunt, ita solum impulsis foribus, ut minus quam antea cohaererent. Latuere qui hoc facinus moliti fuerant, nec de illo, utpote in magno rerum tumultu, anquisitum est, praesertim cum nec Magistratibus esset cognitum, neque in vulgus, nisi ad paucos admodum, emanasset.

26. Vitigis ira tumens atque inops consilii, primum quidem satellites aliquot Ravennam misit, mortemque afferre iussit Senatoribus Romanis omnibus, quos eo duxerat belli huius initio. Eorum aliqui, re praecognita, fugae copiam nacti, evaserunt: quo in numero fuere Cerventinus et Reparatus, Vigilii Pontificis Romani frater: ambo in Liguriam profecti, ibi manserunt: caeteri omnes interfecti sunt. Deinde vero advertens Vitigis hostes cum magna securitate efferre ex urbe quaecunque vellent, et commeatus terra marique invehere, Portum, quem appellant Romani, occupare constituit, ab urbe stadiis CXXVI. dissitum: tanto enim spatio Roma a mari distat. Est autem Portus ad fauces fluvii Tiberis, qui Roma decurrens, cum a mari abest stadiis duntaxat XV. in duos scissus alveos, insulam efficit, quam vocant Sacram. Haec progrediente flu-

προϊόντος τε τοῦ ποταμοῦ εὐρυτέρα ἡ νῆσος γίνεται, ὡς τῷ μήκει τὸ τοῦ εὔρους μέτρον κατὰ λόγον εἶναι, καὶ σταδίους πεντεκαίδεκα ῥεῦμα ἑκάτερον ἐν μέσῳ ἔχειν. ναυσίπορός τε ὁ Τίβερις
B ἀμφοτέρωθι μένει. καὶ τὸ μὲν ἐν δεξιᾷ τοῦ ποταμοῦ μέρος ἐς τὸν λιμένα τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, ὧν ἐκτὸς πόλιν ἐκ παλαιοῦ Ῥωμαῖοι πρὸς τῇ ὄχθῃ ἐδείμαντο, τεῖχος περιβεβλημένην ἐχυρὸν μάλιστα, Πόρτον τε αὐτὴν τῷ λιμένι ὁμωνύμως καλοῦσιν· ἐν ἀριστερᾷ δὲ πρὸ τῆς ἑτέρας τοῦ Τιβέριδος ἐς τὴν θάλασσαν ἐκβολῆς πόλις Ὀστία κεῖται, τῆς τοῦ ποταμοῦ ᾐόνος ἐκτὸς, λόγου μὲν πολλοῦ τὸ παλαιὸν ἀξία, νῦν δὲ ἀτείχιστος παντάπασιν οὖσα. ὁδὸν τοίνυν, ἣ ἐς Ῥώμην ἐκ τοῦ πόρτου φέρει, ὁμαλήν τε καὶ ἐμπόδιον οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαῖοι πεποίηνται. βάρεις τε ἀεὶ πολλαὶ ἐξεπίτηδες ἐν τῷ λιμένι ὁρμίζονται, καὶ βόες οὐκ
C ὀλίγοι ἐν παρασκευῇ ἀγχοτάτω ἑστᾶσιν. ἐπειδὰν οὖν οἱ ἔμποροι ταῖς ναυσὶν ἐς τὸν λιμένα ἀφίκωνται, ἄραντες τὰ φορτία ἐνθένδε καὶ ταῦτα ἐνθέμενοι ἐν ταῖς βάρεσι, πλέουσι διὰ τοῦ Τιβέριδος ἐπὶ τὴν Ῥώμην, ἱστίοις μὲν ἢ κώπαις ἥκιστα χρώμενοι, ἐπεὶ οὔτε ἀνέμῳ τινὶ ἐνταῦθα οἷά τέ ἐστι τὰ πλοῖα ὠθεῖσθαι συχνά τε τοῦ ποταμοῦ ἑλισσομένου καὶ οὐκ ἐκ τοῦ εὐθέος ἰόντος, οὐδέ τι ἐνεργεῖν αἱ κῶπαι δύνανται, τῆς τοῦ ὕδατος ῥύμης ἀπ' ἐναντίας αὐταῖς ἀεὶ φερομένης. βρόχους δὲ ἀπὸ τῶν βάρεων ἐς τῶν βοῶν τοὺς αὐχένας ἀρτήσαντες ἕλκουσιν αὐτὰς ὥσπερ ἁμάξας ἄχρι ἐς Ῥώμην. ἑτέρωθι δὲ τοῦ ποταμοῦ ἐκ πόλεως Ὀστίας ἐς Ῥώμην

2. καὶ στ. π.] στ. π. καὶ HL. 9. ᾐόνος] ἠϊόνος P. ᾔονος H. ἤονος L. Et sic paullo post. 19. εὐθέος L. εὐθέως P. 20. ῥύμης] ῥώμης L.

mine ita laxatur, ut latitudo proportionem habeat cum longitudine, et inter utrumque alveum stadia xv. intersint. Utrobique Tiberis navigabilis est, parsque amnis dextera in portum evolvitur. Ultra istud os, ad ripam, condiderunt urbem olim Romani, quae moenibus cincta est validissimis, ductoque a portu vocabulo Portus dicitur. Ad sinistrum alveum, os alterum fluvii Tiberis praetexit Ostia, secundum ripam ulteriorem, urbs quondam magni nominis, nunc moenibus plane nuda. Romanorum est veterum opus via plana et expedita, quae ab oppido Portu Romam ducit. Dedita autem opera semper habet portus fluviatiles naves, ac boves non pauci praesto sunt proxime. In portum pervecti negotiatores, postquam merces ex onerariis navibus in fluviaticas transtulere, Romam per Tiberim navigant, sine velorum ac remorum ope: quoniam ibi nec vento naves impelli possunt, ob multiplices amnis anfractus et flexuosum iter, nec remi quidquam proficiunt contra aquae adversae impetum. Sed navigia, funibus ad boum colla alligatis, non secus ac plaustra, pertrahunt Romam usque. Ad alterum fluminis alveum, ab urbe

ἰόντι ὑλώδης τε ἡ ὁδός ἐστι καὶ ἄλλως ἀπημελημένη καὶ οὐδὲ τῆς Τιβέριδος ᾐόνος ἐγγὺς, ἅτε τῆς τῶν βάρεων ἀνολκῆς ἐνταῦθα D
οὐκ οὔσης. ἀφύλακτον οὖν τὴν πρὸς τῷ λιμένι πόλιν εὑρόντες οἱ Γότθοι αὐτήν τε αὐτοβοεὶ εἷλον καὶ Ῥωμαίων τῶν ταύτῃ ᾠκημένων πολλοὺς ἔκτειναν, καὶ τὸν λιμένα ξὺν αὐτῇ ἔσχον. χιλίους τε σφῶν ἐνταῦθα φρουροὺς καταστησάμενοι ἐς τὰ στρατόπεδα οἱ λοιποὶ ἀνεχώρησαν. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῖς πολιορκουμένοις τὰ ἐκ H 206
θαλάσσης ἐσκομίζεσθαι ἀδύνατα ἦν, ὅτι μὴ διὰ τῆς Ὀστίας πόνῳ τε, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ κινδύνῳ μεγάλῳ. οὐδὲ γὰρ καταίρειν ἐνταῦθα Ῥωμαίων νῆες τὸ λοιπὸν εἶχον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ Ἀνθίῳ ὡρμίζοντο, ἡμέρας ὁδῷ τῆς Ὀστίας ἀπέχοντι. ἔνθεν δὲ τὰ φορτία αἰρόμενοι ἐκόμιζον μόλις. αἴτιον δὲ ἡ ὀλιγανθρωπία ἐγένετο. P 377
Βελισάριος γὰρ περὶ τῷ Ῥώμης περιβόλῳ δείσας τὸν λιμένα κρατύνασθαι οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἴσχυσεν. οἶμαι γὰρ ἂν εἰ καὶ τριακόσιοι ἐνταῦθα ἐφύλασσον, οὔ ποτε τοὺς βαρβάρους ἀποπειρᾶσθαι τοῦ χωρίου, ἐχυροῦ ὡς τὰ μάλιστα ὄντος.

κζ΄. Ταῦτα μὲν οὖν, ἐπειδὴ τειχομαχοῦντες ἀπεκρούσθησαν, τρίτῃ ἡμέρᾳ οἱ Γότθοι ἔδρασαν. ἡμέραις δὲ ὕστερον εἴκοσιν ἢ ὁ πόρτος ἥ τε πόλις καὶ ὁ λιμὴν ἑάλω, Μαρτῖνός τε καὶ B V 49
Βαλεριανὸς ἧκον, ἑξακοσίους τε καὶ χιλίους στρατιώτας ἱππεῖς ἐπαγόμενοι. καὶ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι Οὖννοί τε ἦσαν καὶ Σκλαβηνοὶ καὶ Ἄνται, οἳ ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον οὐ μακρὰν τῆς ἐκείνῃ

1. ἀπημελημένη Vat. ἀτημελημένη P. Conf. p. 226 b. et p. 627 b. 9. καταίρειν P et Scaliger. κατέῤῥειν HL. 12. ἐγένετο] ἐγίνετο L. 18. δὲ ὕστερον] δεύτερον L.

Ostia ad Romam, via silvestris est ac valde inculta, nec vicina Tiberis ripae: quippe qua minime trahantur naves. Igitur Gotthi, cum urbem, quae ad portum sita est, omni nudam praesidio offendissent, primo illam cepere aditu, et multa Romanorum ibi habitantium strage edita, portum etiam obtinuerunt. Tum praesidiariis mille e suo relictis numero, redierunt ad castra caeteri: itaque Romanis obsessis erepta facultas est, quae mari veniunt, importandi, praeterquam Ostia; idque, ut apparet, cum labore et periculo maximo. Neque enim Romanorum navigia Ostiam applicari amplius poterant, sed Antium appellebantur, unde Ostia diei iter unius distat. Inde acceptas merces difficulter portabant, in tanta hominum paucitate. Nec Belisarius, cum de muris Romae esset sollicitus, portum ullo retinere modo potuerat: quem si vel trecenti custodiissent, nunquam Barbari, ut equidem sentio, locum situ munitissimum tentassent.

27. Haec gessere Gotthi die tertio, post tentatam a se frustra murorum oppugnationem. Diebus vero post xx. quam portum urbemque cognominem obtinuerant, advenere Martinus et Valerianus cum M. DC. equitibus, quorum plerique Hunni erant, Sclaveni, et Antae: qui trans flav.

ὄχθης ἵδρυνται. Βελισάριος δὲ ἥσθη τε αὐτῶν τῇ παρουσίᾳ καὶ πολεμητέα σφίσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους τὸ λοιπὸν ᾤετο. τῇ γοῦν ὑστεραίᾳ τῶν δορυφόρων τῶν αὐτοῦ ἕνα, θυμοειδῆ τε καὶ C *δραστήριον Τραϊανὸν ὄνομα, τῶν ὑπασπιστῶν διακοσίους ἱππέας λαβόντα, ἐκέλευεν εὐθὺ τῶν βαρβάρων ἰέναι, καὶ ἐπειδὰν τῶν χαρακωμάτων ἐγγυτέρω ἵκωνται, ἀναβάντας ἐπὶ λόφου ἡσυχάζειν, δείξας τι χωρίον αὐτῷ. ἢν δὲ οἱ πολέμιοι ἐπ' αὐτοὺς ἴωσιν, ἐκ χειρὸς μὲν τὴν μάχην οὐκ ἐᾶν γενέσθαι, οὐδὲ ξίφους ἢ δορατίου τινὸς ἅπτεσθαι, χρῆσθαι δὲ μόνοις τοξεύμασιν, ἡνίκα τέ οἱ τὴν φαρέτραν οὐδὲν ἐντὸς ἔχουσαν ἴδῃ, φεύγειν τε κατὰ κράτος μηδὲν αἰδεσθέντα καὶ ἐς τὸν περίβολον ἀναχωρεῖν δρόμῳ. ταῦτα ἐπιστείλας, τῶν τε τοξευμάτων τὰς μηχανὰς καὶ τοὺς ἀμφὶ ταύτῃ τεχνίτας ἐν παρασκευῇ εἶχε. Τραϊανὸς δὲ ξὺν τοῖς* D *διακοσίοις ἐκ πύλης Σαλαρίας ᾔει ἐς τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. καὶ οἱ μέν, καταπεπληγμένοι τῷ αἰφνιδίῳ, ἐβοήθουν ἐκ τῶν χαρακωμάτων, ὡς ἑκάστῳ ἐκ τῶν δυνατῶν ἐσκευάσθαι τετύχηκεν. οἱ δ' ἀμφὶ Τραϊανὸν ἀναβάντες ἐπὶ τοῦ λόφου, ὃν αὐτοῖς Βελισάριος ἔδειξεν, ἐνθένδε τοὺς βαρβάρους ἠμύνοντο βάλλοντες. καὶ αὐτῶν τοὺς ἀτράκτους, ἅτε ἐς πολὺν ἐμπίπτοντας ὅμιλον, ἀνθρώπου ἢ ἵππου ἐπιτυγχάνειν ξυνέβαινεν. ἐπεὶ δὲ ἅπαντα σφᾶς τὰ βέλη ἤδη ἐπελελοίπει, οἱ δὲ κατὰ τάχος ὀπίσω ἀπήλαυνον, διώκοντες οἱ Γότθοι ἐνέκειντο. ὡς δὲ τοῦ περι-*

16. *ἑκάστῳ — τετύχηκεν* P ex Vat. *ἑκάστῳ αὐτῶν δυνατὰ εἴη * ἐνάσθαι* H, et sic L, nisi quod *εἴη ευάσθαι* cum lacunae signo marginali ante *ευάσθαι*. 17. *δ'* HL. *δὲ* P. 20. *ἵππου*] *ἵππου ἐπιπλεῖστον* L.

Istrum, non procul a ripa, sedes patrias habent. Recreatus eorum praesentia Belisarius, iam hostem praeliis fatigandum putavit. Ergo postridie e stipatoribus suis unum, cui nomen Traiano, virum animosum et impigrum, cum Scutariis cc. equitibus, tendere recta iubet ad Barbaros: simul iniungit, ubi propius castra venerint, superato tumulo, quem scilicet indicabat, pede presso stent: si ipsos hostis invaserit, ne sinat eos Traianus pugnare cominus, nec manum gladio vel hastae admovere, sed tantum sagittis uti: cumque exhaustam viderit pharetram, ne pudeat coniicere se in fugam, et ad muros recurrere. His imperatis, sagittaria tormenta, et balistarios in promptu habuit. Mox Traianus cum ducentis illis porta Salaria egressus, ad hostium castra contendit. Eruptione subita attoniti Barbari, pro se quisque accinguntur, et se castris effundunt. Traiani turmae, occupato tumulo, quem monstraverat Belisarius, appetere ceperunt hostem sagittis: quae cum in confertam multitudinem ingruerent, vel virum quaeque vel equum feriebat. Ubi nulla superfuit, habenis illi flexis citare equos: insequi Gotthi atque instare. At cum

βόλου ἐγγυτέρω ἵκοντο, τά τε ἐκ τῶν μηχανῶν τοξεύματα οἱ τεχνῖται ἐνήργουν, καὶ τῆς διώξεως οἱ βάρβαροι κατωρρωδηκότες ἀπέσχοντο. λέγονται δὲ Γότθοι οὐχ ἧσσον ἢ χίλιοι ἐν τῷ ἔργῳ τούτῳ ἀποθανεῖν, ὀλίγαις δὲ ἡμέραις ὕστερον Βελισάριος Μουν- P 378
δίλαν τὸν δορυφόρον, τὸν αὐτοῦ ἑταῖρον, καὶ Διογένην, διαφερόντως ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, ξὺν ὑπασπισταῖς τριακοσίοις στείλας, ταὐτὸ ποιεῖν τοῖς προτέροις ἐκέλευε. καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν. ὑπαντιασάντων δὲ καὶ τῶν πολεμίων ξυνηνέχθη αὐτῶν οὐχ ἥσσους, εἰ μὴ καὶ πλείους, ἢ ἐν τῷ προτέρῳ ἔργῳ τρόπῳ τῷ αὐτῷ ἀπολωλέναι. πέμψας δὲ καὶ τρίτον ξὺν ἱππεῦσι τριακοσίοις Ὀΐλαν τὸν δορυφόρον, ἐφ᾿ ᾧ τὰ ὅμοια τοῖς πολεμίοις ἐργάσονται, ταῦτα ἔδρασε. τρεῖς τε, καθάπερ μοι ἐρρήθη, ἐκδρομὰς ποιησάμενος τῶν ἐναντίων ἀμφὶ τετρακισχιλίους διέφθειρεν.

Οὐίττιγις δὲ (οὐ γὰρ αὐτὸν ἐσῄει τὸ διαλλάσσον ἐν τοῖς B
στρατοπέδοις τῆς τε ὁπλίσεως καὶ τῆς ἐς τὰ πολέμια ἔργα μελέτης) ῥᾷστα καὶ αὐτὸς ᾤετο τὰ ἀνήκεστα τοὺς πολεμίους ἐργάσασθαι, ἤν γε στρατῷ ὀλίγῳ ἐπ᾿ αὐτοὺς τὴν ἔφοδον ποιοίη. ἔπεμψεν οὖν ἱππεῖς πεντακοσίους, ἄγχιστά τε τοῦ περιβόλου ἰέναι κελεύσας, καὶ ὅσα πρὸς ὀλίγων πολλάκις πολεμίων πεπόνθασι, ταῦτα δὴ ἐς ξύμπασαν τὴν ἐκείνων στρατιὰν ἐπιδείξασθαι. καὶ οἱ μὲν ἐν χωρίῳ ὑψηλῷ γενόμενοι τῆς πόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν, ἀλλ᾿ ὅσον ἔξω βελῶν, ἵσταντο. Βελισάριος δὲ ἄνδρας τε ἀπο-

4. ὕστερον om. HL. 5. καὶ Διογένην] καὶ ante τὸν αὐτοῦ transponit Grotius. 8. ταῦτα] Vulgo ταυτά. 11. Ὀΐλαν] Oilandum Pers.

propius moenia ventum est, sagittas expedierunt e machinis, qui has tractabant: territi Barbari gradum continuerunt. In hoc certamine Gotthos periisse ferunt haud minus mille. Paucis post diebus Belisarius Mundilam Praetorianum, sibi valde familiarem, ac Diogenem, viros bellicosissimos, cum Scutariis ccc. emissos, coeptum priori simile iussit aggredi. Quibus mandata peragentibus, cum hostes occurrissent, haud minorem, immo vero maiorem, quam in superiori conflictu, eodem modo cladem accepere. Denique tertium emisso cum ccc. equitibus Oila Praetoriano, ut simile facinus in hostem ederent, par successus fuit. Itaque tribus, ut dixi, eruptionibus, extinxit Belisarius hostium millia circiter quatuor.

τερον ἤδη τὴν στενοχωρίαν καταλαβεῖν καὶ ξυμφυλάσσειν ἠξίου. Μουνδίλας δὲ φθάσας αὐτόν τε ἔκτεινε καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων V 65 οὐδένα ἐς τοῦτον διελθεῖν τὸν στενωπὸν ξυνεχώρησεν. διελθόντες οὖν, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος, ἔς τε τὸ πλησίον χαράκωμα ἵκοντο καὶ αὐτοῦ τινες δι' ὀλίγου ἀποπειρασάμενοι οὐκ ἔσχον ἑλεῖν ἰσχύϊ τοῦ χαρακώματος, καίπερ οὐ πολλῶν ἐνταῦθα ἐγκαταλελειμμένων βαρβάρων. ἥ τε γὰρ τάφρος ἐς μέγα τι βάθος ὀρώρυκτο καὶ χοῦς ὃς ἐνθένδε ἀφῄρητο, ἐς τὴν ἐντὸς ἀεὶ ἐντιθέμενος μοῖραν ἐς ὕψος τε ᾔρετο καὶ ἀντὶ τείχους ἐγίνετο, τοῖς τε σκόλοψι περιεσταύρωτο ὑπερφυῶς, ὀξέσι τε λίαν καὶ συχνοῖς P 400 οὖσιν. οἷς δὴ θαρσοῦντες οἱ βάρβαροι καρτερῶς τοὺς πολεμίους ἠμύνοντο. εἷς δὲ τῶν Βελισαρίου ὑπασπιστῶν, Ἀκυλῖνος ὄνομα, δραστήριος ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, λώρου λαβόμενος ἵππου, ἐνθένδε ξὺν τῷ ἵππῳ ἐς μέσον τὸ χαράκωμα ἥλατο, καί τινας τῶν ἐναντίων αὐτοῦ ἔκτεινε. περιστάντων δὲ αὐτὸν συχνά τε ἀκοντιζόντων τῶν ἐναντίων ὁ μὲν ἵππος πληγεὶς ἔπεσεν, αὐτὸς δὲ παρὰ δόξαν διὰ μέσων τῶν πολεμίων διέφυγε. πεζὸς δὲ ξὺν τοῖς ἑτέροις ἐπὶ πύλας Πιγκιανὰς ᾔει. ἔτι δὲ διώκοντας τοὺς βαρβάρους καταλαβόντες καὶ κατὰ νώτου βάλλοντες ἔκτειναν. ὅπερ δὴ οἱ ἀμφὶ Τραϊανὸν κατιδόντες, ἐπιβεβοηθηκότων σφίσι καὶ τῶν ταύτῃ ἐν παρασκευῇ καθεστώτων ἱππέων, ἐπὶ τοὺς διώκοντας B δρόμῳ ἐχώρουν. τότε δὴ οἱ Γότθοι καταστρατηγηθέντες τε καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῳ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἀπειλημμένοι, οὐδενὶ κόσμῳ ἐκτείνοντο. πολύς τε αὐτῶν γέγονε φόνος καὶ ὀλί-

mans, hortatur, ut iam ocyus angustias occupent, ac secum custodiant. Sed antevertens Mundilas ipsum obtruncat, nec Barbarum quemquam in angustum aditum succedere sinit. Romani vero, repugnante nemine, subeuntes, ad vicina castra evadunt: quae firmo defensa positu nonnulli aliquandiu tentarunt frustra, quamvis non admodum multi in his Barbari relicti essent. Nam et fossa erat altissima, ac terra, quaecunque inde egesta fuerat, in margine interiori exaggerata sic eminebat, ut muri vicem exhiberet, vallisque acutissimis densissimisque cincta horrebat. Quo freti praesidio Barbari, hostem acriter prohibebant. Tum Aquilinus (erat hic e Scutariorum Belisarii numero) vir strenuissimus, apprehenso equi loro, in media castra cum equo insilit, ibique hostium nonnullos caedit. Subinde ab aliis circumfusus iaculisque appetitus, strato vulneribus equo, per medios hostes praeter opinionem evadit, et pedibus ad portam Pincianam se confert cum sociis: qui Barbaros adhuc nostris instantes assecuti, caedem, coniectis in terga telis, facere coeperunt. Quod ubi Traianus animadvertit, turmis equitum, qui praesto illic erant, adiutus, cum suis cursum in persequentes flectit. Tum Gotthi astu decepti bellico, atque improviso ab hostibus incercepti, foede trucidabantur. Ma-

γοι κομισθῇ ἐς τὰ στρατόπεδα διέφυγον μόλις, οἵ τε λοιποὶ περὶ πᾶσι τοῖς χαρακώμασι δείσαντες αὐτοῦ φραξάμενοι τὸ λοιπὸν ἔμενον, αὐτίκα δὴ μάλα ἐπιέναι σφίσι τοὺς Ῥωμαίους οἰόμενοι. ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ τῶν τις βαρβάρων Τραϊανὸν βάλλει ἐς τὸ πρόσωπον, ὀφθαλμοῦ μὲν τοῦ δεξιοῦ ἄνωθεν, ὀλίγῳ δὲ τῆς ῥινὸς ἄποθεν. καὶ σίδηρος μὲν ἅπας ἐντός τε ἐπάγη καὶ παντάπασιν ἀφανὴς γέγονε, καίπερ μεγάλην τε τὴν ἀκίδα ἔχων καὶ μακρὰν κομιδῇ, τοῦ δὲ βέλους τὸ λειπόμενον ἐς τὴν γῆν οὐδενὸς βιασαμένου C εὐθὺς ἔπεσε. δοκεῖ γάρ μοι οὐδὲ ἀσφαλῶς ἐς αὐτὸν ὁ σίδηρός πῃ ἐρηρεῖσθαι. Τραϊανῷ μέντοι αἴσθησις τούτου οὐδεμία ἐγένετο, ἀλλ' οὐδέν τι ἧσσον κτείνων τε καὶ διώκων τοὺς πολεμίους διέμεινε. πέμπτῳ δὲ ὕστερον ἐνιαυτῷ αὐτομάτως ἐν τῷ προσώπῳ προὔχον τὸ τοῦ σιδήρου ἄκρον ἐφάνη. τρίτον δὲ τοῦτο ἔτος ἐξ οὗ κατὰ βραχὺ πρόεισιν ἔξω ἀεί. ἐπίδοξος οὖν ἐστι πολλῷ ὕστερον ἔξω γενήσεσθαι ἡ ἀκὶς ξύμπασα. ἐμπόδιος δὲ τῷ ἀνθρώπῳ οὐδαμῇ γέγονε. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔσχεν.

ϛ'. Οἱ δὲ βάρβαροι εὐθὺς μὲν ἀπεγίνωσκόν τε τὸν πό- D λεμον καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀναχωρήσουσιν ἐν βουλῇ εἶχον, πρός τε τοῦ λοιμοῦ καὶ τῶν πολεμίων διεφθαρμένοι, ἐς ὀλίγους τε ἤδη ἐκ μυριάδων περιεστηκότες πολλῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ H 220 τῷ λιμῷ πιεζόμενοι τῷ μὲν λόγῳ πολιορκοῦντες, ἔργῳ δὲ πολιορκούμενοι πρὸς τῶν ἐναντίων καὶ πάντων ἀποκεκλεισμένοι τῶν ἀναγκαίων. ἐπεὶ δὲ καὶ στράτευμα ἕτερον ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν ἐκ Βυζαντίου ἐπύθοντο, οὐχ

14. ἔξω P ex Vat. ἔνδον HL. ἔνδοθεν Maltretus.

gna eorum edita strage, oppido pauci in castra sese vix recepere: caeteri suis omnibus castris timentes, ratique impetum mox facturos Romanos, loci praesidium minime dimittebant. In eo certamine Barbarus quidam Traiani faciem telo contigit supra dexterum oculum, haud procul naso. Ac ferrum quidem penitus infixum omnino latuit, quamvis magnam et valde longam haberet cuspidem. Pars teli reliqua protinus humi decidit sponte: quippe cui ferrum, ut arbitror, leviter inhaereret. Ictum hunc Traianus minime sentiens, nihilo segnius urgere hostes ac caede sternere instituit. Quinto post anno, sponte in vultu prominens ferri mucro se prodidit: iamque annus agitur tertius, ex quo magis ac magis paulatim exit: ita ut aliquando, sero licet, excessurus prorsus videatur: homini autem nihil affert impedimenti. Haec ita se habuerunt.

6. Continuo Barbari desperare bello coeperunt, ac de discessu deliberare: cum et pestilentiae vi et hostili ferro iam ad paucos e myriadibus multis redacti, maximeque urgente fame, sic intercluderentur commeatu omni, ut verbo tenus atque in speciem obsessores, reipsa ab hostibus obsiderentur. Ad haec, accepto nuntio, Romanis Byzantio terra

P 401 ὅσον ἐτύγχανεν ὄν, ἀλλ' ὅσον ἡ τῆς φήμης ἐξουσία ποιεῖν ἴσχυε, κατωρρωδηκότες τὸν πόλεμον τὴν ἀναχώρησιν ἐν βουλῇ ἐποιοῦντο. ἔπεμψαν οὖν πρέσβεις ἐς Ῥώμην καὶ Ῥωμαῖον ἄνδρα ἐν Γότθοις δόκιμον τρίτον αὐτόν, ὃς παρὰ Βελισάριον ἐλθὼν ἔλεξε τοιάδε „Ὡς μὲν οὐδετέροις ἡμῶν ἐς τὸ ξυμφέρον τὰ τοῦ πολέμου κεχώρηκεν ἐξεπίσταται ἡμῶν ἕκαστος ἐς αὐτὴν ἥκων τῶν ἐνθένδε δυσκόλων τὴν πεῖραν. τί γὰρ ἄν τις ἑκατέρων ἀρνηθείη τῶν στρατοπέδων, ὧν οὐδετέροις ἡ ἄγνοια κεῖσθαι ξυμπέπτωκεν; ὡς δὲ ἀξυνέτων ἐστὶν ἀνδρῶν ἀπέραντά τε ταλαιπωρεῖν βούλε-
B σθαι, φιλονεικίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα, καὶ λύσιν τῶν ἐνοχλούντων μηδεμίαν εὑρεῖν, οὐδεὶς ἄν, οἶμαι, τοῦτό γε οὐκ ὄντως ἀνόητος ὢν ἀντείποι. ὅταν δὲ αὐτὰ οὕτως ἔχῃ, τοὺς ἑκατέρων ἡγουμέ-
V 66 νους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν προΐεσθαι, ἀλλὰ τά τε δίκαια τά τε ξύμφορα οὐ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἑλέσθαι, οὕτω τε τὴν διάλυσιν τῶν παρόντων ποιεῖσθαι δυσκόλων. τὸ μὲν γὰρ τῶν μετρίων ἐφίεσθαι πᾶσι χαλεποῖς δίδοται πόρον, τῷ δὲ φιλονεικίᾳ τὸ μηδὲν περαίνεσθαι τῶν δεόντων συμπέφυκεν. ἡμεῖς μὲν οὖν καταστροφῆς πέρι τοῦδε βουλευσάμενοι τοῦ πολέμου τὰ ξύμφορα
C ἑκατέροις προτεινόμενοι, ἐν οἷς τι καὶ τῶν δικαίων ἐλασσοῦσθαι οἰόμεθα, παρ' ἡμᾶς ἥκομεν. ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς μὴ φιλονεικίᾳ τινὶ πρὸς ἡμᾶς χρώμενοι διαφθείρεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ ξυνοίσοντα

8. ὧν οὐδετέροις L. ὧν οὐδ' ἑτέροις P. 9. ὡς P cum Scaligero. ὃς HL. 12. ἀντείποι] Vulgo ἀντείπῃ. 15. τε τὴν L. τε καὶ τὴν P. 17. δίδοται] δίδοσθαι HL: illud in marg.

marique exercitum advenire, non quantulus erat, sed quantus famae arbitrio fingebatur; bellum perhorrescentes, de maturanda profectione consilia agitabant. Itaque Oratores Romam destinant, et virum Romanum, inter Gotthos auctoritate praestantem, cum duobus aliis: qui ad Belisarium admissus, his fere verbis disseruit. *Quisque nostrum aerumnas, quas bellum parit, expertus, neutri id parti utile fuisse didicit. Quis enim est in utroque exercitu, qui, quod neutri ignorant, negare velit? Nec quisquam, opinor, nisi vere desipiat, repugnabit dicenti mihi stultorum esse hominum ob institutam honoris contentionem in malis semper haerere velle, neque ullum molestiarum exitum reperire. Quae cum ita sint, eorum est, qui genti utrique praesunt, non profundere subditorum salutem, laudis propriae gratia; sed quod aequum est, et cum sibi, tum hostibus conducibile amplectendo, huius temporis calamitati finem imponere. Etenim acerba quaeque et difficilia expedit mediocritatis amor: dum ambitio, pro ingenita malignitate, nullum praestat officium. Itaque finiendi belli consilium huc afferimus, proponentes quae in rem communem erunt; licet ius in his nostrum haud omnino retineamus. Et vos cavete, ne quodam nobiscum superbe certandi studio ducti, malitis in perniciem ruere, quam vo-*

ὑμῖν αὐτοῖς ἑλέσθαι βουλεύσησθε. προσήκει δὲ μὴ ξὺν ἐγχειρήσει τοὺς λόγους ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντας ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἤν τι μὴ ἐπιτηδείως εἰρῆσθαι δοκῇ. οὕτω γὰρ ἑκατέροις εἰρηκέναι τε διὰ βραχέος ὅσα σφίσι κατὰ νοῦν ἐστι καὶ τὰ δέοντα πεπρᾶχθαι ξυμβήσεται.“ ἀπεκρίνατο οὖν Βελισάριος „Οὕτω μὲν, ὅπως φατὲ, προϊέναι τὸν διάλογον οὐδὲν κωλύσει, D ὅπως δὲ εἰρηναῖά τε καὶ δίκαια πρὸς ὑμῶν λέγοιτο.“ αὖθις οὖν Γότθων οἱ πρέσβεις εἶπον „Ἠδικήκατε ἡμᾶς, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἐπὶ φίλους τε καὶ ξυμμάχους ὄντας ὅπλα οὐ δέον ἀράμενοι. ἐροῦμεν δὲ ἅπερ καὶ ὑμῶν ἕκαστον οἰόμεθα ξυνεπίστασθαι. Γότθοι γὰρ οὐ βίᾳ Ῥωμαίους ἀφελόμενοι γῆν τῆς Ἰταλίας ἐκτήσαντο, ἀλλ' Ὀδόακρός ποτε τὸν αὐτοκράτορα καθελὼν ἐς τυραννίδα τὴν τῇδε πολιτείαν μεταβαλὼν εἶχε. Ζήνων δὲ τότε τῆς ἑῴας κρατῶν καὶ τιμωρεῖν μὲν τῷ ξυμβεβασιλευκότι βουλόμενος κατὰ τοῦ τυράννου, τὴν δὲ χώραν ἐλευθεροῦν, Ὀδοάκρου δὲ καταλῦσαι τὴν δύναμιν οὐχ οἷός τε ὤν, Θευδέριχον ἀναπείθει τὸν ἡμῶν ἄρχοντα, καίπερ αὐτόν τε καὶ Βυζάντιον πολιορκεῖν μέλλοντα, καταλύσειν μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν τιμῆς ἀναμνησθέντα πρὸς αὐτοῦ ἧς τετύχηκεν ἤδη, καὶ πατρίκιός τε καὶ Ῥωμαίων γεγονὼς ὕπατος, Ὀδόακρον δὲ ἀδικίας τῆς ἐς Αὐγούστουλον τίσασθαι, P 402 καὶ τῆς χώρας αὐτόν τε καὶ Γότθους τὸ λοιπὸν κρατεῖν ὀρθῶς καὶ

2. ἀμφοτέρους] ἀμφοτέρων H: illud Hm. 3. δοκῇ — βραχέος ex Vat. add. P: om. H, non L. 7. ὅπως] ὡς Hm. ibid. ὑμῶν] ἡμῶν L. 14. ξυμβεβασιλευκότι] ξυμβεβουλευκότι L. 19. γεγονὼς] γέγονεν HL. 20. Αὐγούστουλον] Vulgo Αὐγουστοῦλον.

utras sequi utilitates. *Caeterum convenit orationes utrinque haberi non continentes; at si quid perperam dictum videbitur, illico interpellari. Quo fiet, ut quae quisque habet in animo, comprehense ac praecise dicat, et officio fungatur suo.* Tum haec retulit Belisarius. *Ita quidem, ut dicitis, procedat colloquium per me licet: sed videte ut pacis studio et aequitati sermo vester conveniat.* Rursus Gotthorum Oratores. *Inique fecistis, Romani, cum in nos, amicos licet sociosque vestros, arma, contra quam fas erat, sumpsistis. In eam rem proferre satis habebimus, quae cuique vestrum nota esse existimamus. Non ita Gotthi Italia potiti sunt, ut ea Romanos per vim spoliaverint. Sed olim Odoacer, sublato Imperatore, rei administrationem publicae, hic tyrannide mutatam, obtinuit. Tunc temporis Zeno Orientis Imperator in animo habens, ei, qui consors principatus fuerat, factam a tyranno iniuriam ulcisci, atque has oras in libertatem restituere; cum Odoacri potentiam evertere non posset; Theoderico principi nostro, paranti ipsum ac Byzantium obsidere, persuasit, ut in gratiam secum rediret, honorum memor, quos ab ipso consecutus iam esset (quippe ascriptus Patriciis, et factus Consul Rom. fuerat) Augustulo illatam ab Odoacro iniuriam ultum iret, ac provincias ipse et Gotthi deinceps iure

δικαίως. οὕτω τοίνυν παραλαβόντες τὴν τῆς Ἰταλίας ἀρχὴν τούς τε νόμους καὶ τὴν πολιτείαν διεσωσάμεθα τῶν πώποτε βεβασιλευκότων οὐδενὸς ἧσσον, καὶ Θευδερίχου μὲν ἢ ἄλλου ὁτουοῦν διαδεξαμένου τὸ Γότθων κράτος νόμος τὸ παράπαν οὐδεὶς οὐκ ἐν γράμμασιν, οὐκ ἄγραφός ἐστι. τὰ δὲ τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας τε καὶ πίστεως οὕτω Ῥωμαίοις ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐφυλάξαμεν, ὥστε Ἰταλιωτῶν μὲν τὴν δόξαν οὐδεὶς οὐχ ἑκὼν οὐκ ἀκούσιος ἐς τήνδε τὴν ἡμέραν μετέβαλεν, Γότθων τε μεταβεβλημένων ἐπιστροφή
B *τις οὐδαμῶς γέγονε. καὶ μὴν καὶ τὰ Ῥωμαίων ἱερὰ τιμῆς παρ' ἡμῶν τῆς ἀνωτάτω τετύχηκεν. οὐ γὰρ οὐδεὶς εἴς τι τούτων καταφυγὼν πώποτε πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων βεβίασται, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς τῆς πολιτείας ἀρχὰς αὐτοὶ μὲν διαγεγόνασιν ἔχοντες, Γότθος δὲ αὐτῶν μετέσχεν οὐδείς. ἢ παρελθών τις ἡμᾶς ἐλεγχέτω, ἢν μὴ μετὰ τοῦ ἀληθοῦς ἡμῖν εἰρῆσθαι οἴηται. προσθείη δ' ἄν τις ὡς καὶ τὸ ὑπάτων ἀξίωμα Γότθοι ξυνεχώρουν Ῥωμαίοις πρὸς τοῦ τῶν ἑῴων βασιλέως ἐς ἕκαστον ἔτος κομίζεσθαι. ὑμεῖς δέ, τούτων τοιούτων ὄντων, Ἰταλίας μὲν οὐ προσεποιεῖσθε, κακουμένης ὑπὸ τῶν Ὀδοάκρου βαρβάρων, καίπερ οὐ δι'*
H 221 *ὀλίγου, ἀλλ' ἐς δέκα ἐνιαυτοὺς τὰ δεινὰ ἐργασαμένου, νῦν δὲ*
C *τοὺς δικαίως αὐτὴν κεκτημένους, οὐδὲν ὑμῖν προσῆκον, βιάζεσθε. οὐκοῦν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐκποδὼν ἵστασθε, τά τε ὑμέτερα αὐτῶν ἔχοντες καὶ ὅσα λῃσάμενοι τετυχήκατε. Βελισάριος ἔφη „Ἡ μὲν ὑπόσχεσις ὑμῶν βραχέα τε εἰρῆσθαι καὶ μέτρια προὔλε-*

8. ἡμέραν L. ἡμετέραν P. 10. εἴς τι] εἰς ὅ τι L. 15. καὶ τὸ L. καὶ οἱ τὸ P. 17. τούτων om. L.

optime possiderent. Hoc igitur pacto Italiae regnum adepti, leges ac regiminis formam haud minori studio, quam quivis Imperatorum veterum, conservavimus, neque ulla prorsus Theoderici, aliusve cuiuspiam Gotthorum Regis lex scripta extat, vel inscripta. Quod ad divinum cultum fidemque attinet, Romanis in integro rem sic esse voluimus, ut Italorum nemo religionem, nec volens, nec coactus, ad hanc diem mutaverit, neque in Gotthos, qui ad illorum sacra transierunt, ullo sit modo animadversum. Immo vero honorem summum templis Romanorum impendimus. Quisquis enim salutem suam eorum cuiquam aliquando commisit, ei vim nullus mortalium attulit. Praeterea civiles omnes Magistratus gessere ipsi, neque illos cum Gotthorum quopiam communicarunt: quae si quis falso dicta a nobis putat, nos palam confutet. Accedit huc, quod Romanis per Gotthos licuit ab Orientis Imperatore Consulatum quotannis accipere. Nihilominus vos, qui Italiam vobis non asseruistis, dum a Barbaris atteretur, quibus imperabat Odoacer, malorum auctor non brevi spatio, sed per annos decem; nunc iustos illius dominos iniqua vi deturbare nitimini. Itaque hinc cum rebus vestris et omni praeda facessite. Belisarius vero, *Brevem*, inquit, *ac modestam orationem polliciti, longam et affinem iactantiae habuistis.*

γεν, ἡ δὲ ῥῆσις μακρά τε καὶ οὐ πόῤῥω ἀλαζονείας ὑμῖν γέγονε. Θευδέριχον δὲ βασιλεὺς Ζήνων Ὀδοάκρῳ πολεμήσοντα ἔπεμψεν, οὐκ ἐφ' ᾧ Ἰταλίας αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοι· τί γὰρ ἂν καὶ τύραννον τυράννου διαλλάσσειν βασιλεῖ ἔμελεν; ἀλλ' ἐφ' ᾧ ἐλευθέρα τε καὶ βασιλεῖ κατήκοος ἔσται. ὁ δὲ τὰ περὶ τὸν τύραννον εὖ διαθέμενος ἀγνωμοσύνῃ ἐς τἆλλα οὐκ ἐν μετρίοις ἐχρήσατο. ἀποδιδόναι γὰρ τῷ κυρίῳ τὴν γῆν οὐδαμῇ ἔγνω. οἶμαι δὲ ἔγωγε τόν τε βιασάμενον καὶ ὃς ἂν τὰ τοῦ πέλας ἑκουσίως μὴ ἀποδιδῷ D ἴσον γε εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν χώραν τὴν βασιλέως ἑτέρῳ τῳ οὐκ ἂν παραδοίην. εἰ δέ του ἄλλου τυχεῖν βούλεσθε, λέγειν ἀφίημι.“ V 67 οἱ δὲ βάρβαροι „Ὡς μὲν ἀληθῆ πάντα ἡμῖν εἴρηται οὐδὲ ὑμῶν τινα λέληθεν. ἡμεῖς δὲ ὅπως ἥκιστα φιλονεικεῖν δόξαιμεν, καὶ Σικελίας, τοσαύτης τε τὸ μέγεθος καὶ τοιαύτης τὸν πλοῦτον οὔσης, ὑμῖν ἐξιστάμεθα, ἧς δὴ ἐκτὸς Λιβύην ὑμᾶς ἀσφαλῶς κεκτῆσθαι οὐ δυνατόν.“ καὶ ὁ Βελισάριος „Ἡμεῖς δὲ Γότθοις Βρεττανίαν ὅλην συγχωροῦμεν ἔχειν, μείζω τὸ παρὰ πολὺ Σικελίας οὖσαν καὶ Ῥωμαίων κατήκοον τὸ ἀνέκαθεν γεγενημένην. τοὺς γὰρ εὐεργεσίας ἢ χάριτός τινος ἄρξαντας τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι ἄξιον.“ βάρβαροι „Οὐκοῦν, ἤν τι καὶ περὶ Καμπανίας ὑμῖν ἢ Νεαπόλεως αὐτῆς εἴποιμεν, οὐκ ἂν δέξαισθε;“ Βελισάριος „Μηδαμῆ. οὐ γὰρ ἴσμεν κύριοι τὰ βασιλέως πράγματα P 403 διοικήσασθαι, οὐχ ὅπῃ αὐτῷ βουλομένῳ ἐστίν.“ βάρβαροι

11. οἱ δὲ βάρβαροι et sequentes in hoc capite personarum notas ex Vat. add. P. 13. πλοῦτον] πλοῦν L. 15. Γότθοις] γότθους HL: illud marg. 16. Βρεττανίαν] βρετανίαν L. 20. δέξαισθε] Vulgo δέξησθε. 21. Μηδαμῆ om. L. 22. βουλομένῳ Pm. βουλευομένῳ P.

Bellum quidem in Odoacrum Zeno Aug. Theoderico dedit, non ut regnum Italiae occuparet ipse: quid enim erat, cur tyrannum tyranno Imperator mutaret? verum ut eam in libertatem et Caesaream ditionem vindicaret. Is vero, initi adversus tyrannum consilii victor, se postmodum haud mediocriter ingratum praebuit, cum recusavit Italiam suo restituere domino. Mea certe sententia, par scelus est, quae vicini sunt, ei sponte non reddere, et per vim auferre. Caeterum non committam, ut tradam cuiquam terras ditionis Imperatoriae: si quid vultis aliud consequi, per me id proponatis licet. Ad haec Barbari. *Etsi neminem vestrum praeterit nihil non vere a nobis dictum: tamen, ne litigare videamur, vobis Sicilia cedimus, tanta ac tam divite insula: sine qua Africam non potestis tenere tute.* Mox Belisarius, *At nos*, inquit, *Britanniam totam, multis partibus maiorem Sicilia, atque olim Romanis subditam, Gotthis concedimus. Nam qui beneficio vel gratia provocaverint, illis paria referri par est.* Barbari. *Ergo nec mentionem Campaniae ipsiusque Neapolis, si quam fecerimus, admittetis?* Belisarius. *Minime: nobis enim nec fas nec integrum est res Augusti administrare, nisi de ipsius sententia.* Barbari.

„Οὐδ' ἢν χρήματα ῥητὰ φέρειν βασιλεῖ ἐφ' ἕκαστον ἔτος ἡμᾶς αὐτοὺς τάξωμεν;" Βελισάριος „Οὐ δῆτα. οὐ γὰρ ἄλλου του ἡμεῖς αὐτοκράτορες ἢ ὥστε τῷ κεκτημένῳ φυλάξαι τὴν χώραν." βάρβαροι „Φέρε δή, στέλλεσθαι ἡμᾶς παρὰ βασιλέα ξυγχώρει καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὰς ξυνθήκας περὶ τῶν ὅλων ποιήσασθαι. δεῖ δὲ καὶ τακτόν τινα ὁρίζεσθαι χρόνον καθ' ὃν προσήκει τὰ στρατόπεδα ἐς ἐκεχειρίαν παρίστασθαι." Βελισάριος „Ἔστω· B γινέσθω ταῦτα. οὐ γάρ ποτε ὑμῖν εἰρηναῖα βουλευομένοις ἐμποδὼν στήσομαι." τοσαῦτα εἰπόντες διελύθησάν τε ἐκ τῶν λόγων ἑκάτεροι καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Γότθων ἐς τὸ σφέτερον στρατόπεδον ἀπεχώρησαν. ἡμέραις δὲ ἐπιγινομέναις συχνὰ παρ' ἀλλήλους φοιτῶντες τά τε ἀμφὶ τῇ ἐκεχειρίᾳ διετίθεντο καὶ ὅπως δὴ ἐπὶ ταύτῃ τῶν τινας ἐπισήμων ἑκάτεροι ἀλλήλοις ἐν ὁμήρων λόγῳ παρέσχοντο.

C ζ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράσσετο τῇδε, ἐν τούτῳ ὅ τε τῶν Ἰσαύρων στόλος τῷ Ῥωμαίων λιμένι προσέσχε καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην ἐς Ὀστίαν ἦλθον, καὶ τῶν μὲν πολεμίων οὐδεὶς οὔτε καταίρουσιν οὔτε στρατοπεδευομένοις ἐμπόδιον σφίσιν ἐγένετο αὐτοῖς. ὅπως δὲ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διανυκτερεύειν οἷοί τε ὦσιν ἐξ ἐπιδρομῆς τῆς πρὸς τῶν ἐναντίων, οἵ τε Ἴσαυροι τάφρον βαθεῖαν ἄγχιστα τοῦ λιμένος ὀρύξαντες φυλακὰς ἐκ περιτροπῆς ἀεὶ ἐποιοῦντο καὶ οἱ ξὺν τῷ Ἰωάννῃ ταῖς ἁμάξαις φραξάμενοι τὸ στρατόπεδον ἡσυχίαν εἶχον. ἐπειδὴ δὲ νὺξ ἐπεγένετο, Βελισά-

4. ξυγχώρει HL. συγχώρει P. 23. δὲ νὺξ] Vulgo δέ τε νύξ.

Immo, nec si tributum certum nobis ipsi indixerimus, quotannis pendendum Imperatori? Belisarius. *Nequaquam sane: nam eo solum valet potestas nostra, ut recepta loca domino servemus suo.* Barbari. *Age vero: saltem patere adeamus Imperatorem, et cum ipso componamus de rerum summa. Certum etiam constituendum est tempus, quo inter utrumque exercitum induciae rite maneant.* Belisarius. *Licet: ita fiat. Nunquam enim vobis impedimentum, meditantibus pacem, inferam.* His dictis, colloquium solutum est, suaque in castra Oratores Gottherum reversi sunt. Consequentibus diebus ultro citroque crebro commeantes, pepigerunt inducias, et confirmare datis utrinque obsidibus viris insignibus decreverunt.

7. Dum haec ibi aguntur, interea portum Romanum classis Isaurorum tenet, et Ioannes cum suis Ostiam venit. Ac nemo quidem hostium nec appellentibus, nec castrametantibus se opposuit: ut vero securam a Barbarorum incursibus noctem agerent, Isauri proxime portum altam duxerunt fossam, et in orbem semper excubare instituerunt: Ioannis copiae sese castris tenuerunt, cum ea plaustris sepsissent. Ostiam nocte

ριος ἐς Ὀστίαν ξὺν ἱππεῦσιν ἑκατὸν ἦλθε καὶ τά τε ξυμπεπτωκότα
ἐν τῇ ξυμβολῇ τά τε ξυγκείμενα σφίσι τε καὶ Γότθοις εἰπὼν καὶ
τὰ ἄλλα παραθαρσύνας, τά τε φορτία πέμπειν ἐκέλευε καὶ ξὺν D
προθυμίᾳ ἐς Ῥώμην ἰέναι. ὅπως γὰρ, ἔφη, ἄνευ κινδύνου ἡ
ὁδὸς ἔσται ἐγὼ προνοήσω. αὐτὸς μὲν οὖν ὄρθρου βαθέος ἐς τὴν
πόλιν ἀπήλαυνεν, Ἀντωνίνα δὲ ξὺν τοῖς ἄρχουσιν ἅμα ἡμέρᾳ
τῶν φορτίων τὴν παρακομιδὴν ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο. ἐδόκει δὲ χα-
λεπόν τε καὶ δεινῶς ἄπορον τὸ πρᾶγμα εἶναι. οἵ τε γὰρ βόες οὐκ
ἔτι ἀντεῖχον, ἀλλ' ἡμιθνῆτες ἅπαντες ἔκειντο, ἦν δὲ οὐδὲ ἀκίν-
δυνον στενήν τινα ὁδὸν ξὺν ταῖς ἁμάξαις πορεύεσθαι, καὶ τοῦ πο-
ταμοῦ τὰς βάρεις ἀνέλκειν, καθάπερ τὸ παλαιὸν εἴθιστο, ἀδύ-
νατα ἦν. ἡ μὲν γὰρ ὁδὸς ἡ τοῦ ποταμοῦ ἐν ἀριστερᾷ, ὥσπερ P 404
μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, πρὸς τῶν πολεμίων ἐχο-
μένη Ῥωμαίοις τηνικαῦτα ἀπόρευτος ἦν, ἡ δὲ αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα,
ὅσα γε παρ' ὄχθην, ἀστίβητος παντάπασι τυγχάνει οὖσα. διὸ
δὴ τοὺς λέμβους νηῶν τῶν μειζόνων ἀπολεξάμενοι, σανίσι τε αὐ-
τοὺς ὑψηλαῖς κύκλῳ τειχίσαντες, ὅπως οἱ πλέοντες πρὸς τῶν
πολεμίων ἥκιστα βάλλωνται, τοξότας τε καὶ ναύτας ἐσεβίβασαν
κατὰ λόγον ἑκάστῳ. τῶν τε φορτίων ἐν αὐτοῖς ὅσα δὴ φέρειν
οἷοί τε ἦσαν ἐνθέμενοι, διὰ τοῦ Τιβέριδος ἐς Ῥώμην ἤθελον V 68
ἀγαγεῖν. καὶ δὴ πνεῦμα τηρήσαντες σφίσιν ἐπίφορον ἐναντίλ- H 222
λοντο, καὶ τοῦ στρατοῦ μέρος ἐν δεξιᾷ τοῦ ποταμοῦ παρεβεβοη-
θήκει. ἐλίποντο δὲ τῶν Ἰσαύρων συχνοὺς τὰς ναῦς φυλάσσον- B

19. ἑκάστῳ] ἑκάστου Pm. 21. ἐναντίλλοντο] Vulgo ἐναντίλοντο.

Belisarius venit cum equitibus centum: pugnam recentem narrat: pactiones inter se et Gotthos confectas refert: inprimis animos addit: mittere iubet quae advenissent, Romamque alacriter petere: *Nam*, inquit, *ut nihil sit in via periculi providebo.* Vix albescente aurora in urbem rediit. Simul autem dies illuxit, cum Ducibus consilium habuit Antonina de pervehendis, quae illuc delata fuerant. Grave id ac perdifficile videbatur. Nam et boves omnes labore iam fracti, semianimes iacebant, nec tutum erat viam angustam cum plaustris ingredi, nec pro more veteri naves fluviatiles trahi poterant. Cum enim via, quae ad fluminis laevam est, hostium praesidiis, ut supra memoravi, insideretur, tunc praeclusa Romanis erat. Quae vero est ad dexteram, secundum ripam, nullis teritur vestigiis. Quamobrem selectos maiorum navium lembos celsis tabulis circummuniunt, ut vectores ab hostium telis intacti sint, et pro cuiusque modo sagittarios nautasque imponunt atque onera, quantacunque deferri possunt, et statuunt Romam per Tiberim agere. Ventum captant secundum; eoque usi navigant, parte exercitus ad fluvii dexteram opitulante, dum relicti magno Isauri numero classem custodiunt. Ac nullo quidem

τας. ἔνθα μὲν ποταμὸς ᾔει, πόνῳ οὐδενὶ ἔπλεον, ἀράμενοι τὰ
τῶν λέμβων ἱστία· ᾗ δὲ ὁ ῥοῦς ἑλισσόμενος εἰς ὁδὸν πλατεῖαν
ἐφέρετο, ἐνταῦθα ἐπεὶ τὰ ἱστία τῷ πνεύματι οὐδαμῆ ἐνηργεῖτο,
ἐρέσσοντές τε καὶ τὸν ῥοῦν βιαζόμενοι πόνον οἱ ναῦται οὐ μέτριον
εἶχον. οἱ δὲ βάρβαροι ἐν τοῖς στρατοπέδοις καθήμενοι ἐμπόδιοι
γίνεσθαι τοῖς πολεμίοις ἥκιστα ἤθελον, ἢ κατωρρωδηκότες τὸν
κίνδυνον, ἢ οὐκ ἄν ποτε ταύτῃ Ῥωμαίους ἐσκομίζεσθαί τι τῶν
ἀναγκαίων οἰόμενοι, αἰτίᾳ τε οὐ λόγου ἀξίᾳ διακωλύειν τὴν τῆς
ἐκεχειρίας ἐλπίδα, ἣν ὑποσχέσει Βελισάριος ἐκρατύνατο ἀξύμφο-
C ρον σφίσιν εἶναι ἡγούμενοι. Γότθοι μέντοι, ὅσοι ἐν πόρτῳ ἦσαν,
ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντας τοὺς πολεμίους θεώμενοι οὐδαμῆ
ἥπτοντο, ἀλλὰ τεθηπότες ἐκάθηντο τὴν τῶν Ῥωμαίων αὐτῶν
ἔννοιαν. ἐπεὶ δὲ τρόπῳ τῷ αὐτῷ πολλάκις ἀναπλεύσαντες ἅπαντα
κατ' ἐξουσίαν ἐσεκομίσαντο τὰ φορτία, οἱ μὲν ναῦται σὺν ταῖς
ναυσὶν ἀνεχώρησαν κατὰ τάχος (ἤδη γὰρ καὶ τὸ ἔτος ἀμφὶ τρο-
πὰς χειμερινὰς ἦν), τὸ δὲ λοιπὸν στράτευμα ἐς Ῥώμην εἰσῆλθε,
πλήν γε δὴ ὅτι Παῦλος ἐν Ὀστίᾳ ξὺν τῶν Ἰσαύρων τισὶν ἔμεινε.

Μετὰ δὲ ἀλλήλοις ἐπὶ τῇ ἐκεχειρίᾳ ὁμήρους ἔδοσαν, Ζή-
νωνα μὲν Ῥωμαῖοι, Γότθοι δὲ Οὐλίαν, οὐκ ἀφανῆ ἄνδρα, ἐφ'
D ᾧ ἐν τρισὶ μησὶ μηδεμιᾷ ἐς ἀλλήλους ἐφόδῳ χρήσονται, ἕως οὗ
πρέσβεις ἐκ Βυζαντίου ἐπανήκοντες γνώμην τοῦ βασιλέως ἀγγεί-
λωσιν. ἣν δέ τινος ἀδικίας οἱ ἕτεροι ἐς τοὺς ἐναντίους ἀπάρξων-

1. „ποταμὸς ᾔει] Editionis Augustanae vitium hic vitavimus, Vaticano adiuti.“ Malt. ποταμῷ σῆϊ HL. 14. ἐσεκομίσαντο L. Vulgo ἐσκομίσαντο. 15. τὸ ἔτος] τοῦ ἔτους H. τὸ δ' ἔτος L.

negotio provehebantur sublatis lemborum velis, ubi recta amnis decurrit: at in anfractibus, qui fluentum late abducunt, quoniam vela nullo ibi vento impellebantur, nautae in superando remis aquae impetu non mediocriter desudabant. Interea sedentes in castris Barbari, nolebant moram obiicere, sive periculo territi, sive hac opinione inducti, nullos unquam commeatus a Romanis ea via invectum iri: maxime vero, quod, si temere levique ex causa spem induciarum excluderent, quam Belisarius promisso firmaverat, id fraudi sibi fore existimarent. Itaque Gotthi, quicunque erant in Portu, visa hostium individua navigatione, abstinentes vim, eorumque consilium demirantes, sedebant. Postquam crebris eiusmodi vectionibus onera importata sunt omnia ad arbitrium, iam anno se ad brumale solstitium circumagente, reditum maturarunt nautae cum navibus: reliquae Romam copiae ingressae sunt, praeter Paulum; qui Ostiae cum Isaurorum manu substitit.

Deinde induciarum obsides utrinque dati sunt, a Romanis Zeno, a Gotthis Ulias, vir non obscurus; et cautum est, tres menses mutuis incursibus fore vacuos, donec reversi Byzantio Legati qua mente Imperator esset, renuntiarent: si qua iniuria pars altera alteram provocaret,

ται, τοὺς πρέσβεις οὐδέν τι ἧσσον ἀποδοθήσεσθαι ἐς τὸ σφῶν ἔθνος. τῶν μὲν οὖν βαρβάρων οἱ πρέσβεις Ῥωμαίων παραπεμπόντων ἐς Βυζάντιον ᾔεσαν, Ἰλδίγερ δὲ, ὁ τῆς Ἀντωνίνης γαμβρὸς, ξὺν ἱππεῦσιν οὐκ ὀλίγοις ἐκ Λιβύης ἐς Ῥώμην ἦλθε. Γότθοι τε, οἳ ἐν τῷ πόρτῳ τὸ φρούριον εἶχον, ἐπιλελοιπότων σφᾶς τῶν ἀναγκαίων ἐξελίποντο αὐτὸ Οὐιττίγιδος γνώμῃ, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον μετάπεμπτοι ἦλθον. Παῦλος δὲ αὐτὸ P 405 ξὺν τοῖς Ἰσαύροις ἐξ Ὀστίας καταλαβὼν ἔσχεν. αἴτιοι δὲ μάλιστα τούτοις τοῖς βαρβάροις τῶν ἐπιτηδείων τῆς ἀπορίας ἐγένοντο θαλασσοκρατοῦντες Ῥωμαῖοι, καί τι αὐτοῖς ἐσκομίζεσθαι τῶν ἀναγκαίων οὐ ξυγχωροῦντες. διὸ δὴ καὶ πόλιν ἐπιθαλασσίαν, λόγου πολλοῦ ἀξίαν, Κεντουκέλλας ὄνομα, τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντες, ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέλιπον. ἔστι δὲ ἡ πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ἐς τὰ Ῥώμης πρὸς ἑσπέραν ἐν Τούσκοις κειμένη, σταδίοις αὐτῆς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἀπέχουσα. καὶ αὐτὴν Ῥωμαῖοι καταλαβόντες ἔτι μᾶλλον ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἦλθον, ἐπεὶ καὶ τὸ Ἀλβανῶν πόλισμα ἔσχον, Ῥώμης B πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον κείμενον, ἀνακεχωρηκότων ἐνθένδε διὰ τὸν αὐτὸν λόγον τηνικαῦτα τῶν ἐναντίων. Ῥωμαῖοι δὲ πανταχόθεν ἤδη κυκλωσάμενοι τοὺς βαρβάρους ἐν μέσῳ εἶχον. διὸ δὴ Γότθοι διαλύειν τε τὰ ξυγκείμενα καί τι ἐς Ῥωμαίους κακουργεῖν ὤργων. πέμψαντες οὖν παρὰ Βελισάριον πρέσβεις ἠδικῆσθαι σφᾶς ἐν σπονδαῖς ἔφασαν. Οὐιττίγιδος γὰρ Γότθους τοὺς ἐν πόρ-

1. ἀποδοθήσεσθαι] ἀποδώσεσθαι Pm. 3. Ἰλδίγερ] Ἰλδίγερις H. Ἰλδίχερις Reg. 4. ἐς] εἰς L. 12. Κεντουκέλλας] κεντουκέλας HL. 20. ἤδη] Vulgo τε ἤδη.

Legatis reditum ad suam gentem datum iri. Itaque Byzantium profecti sunt Oratores Gotthorum, Romanis ducentibus. Antoninae gener Ildiger cum equitibus non paucis Romam venit ex Africa. Gotthi, qui Portuense castellum tenebant, defecti cibariis, excesserunt, de sententia Vitigis, cuius accitu evocati, in castra rediere. Locum occupavit vacuum Paulus cum Isauris Ostia ductis. Porro Barbaros illos ad victus penuriam redegerunt maxime Romani, qui sic mari dominabantur, ut nihil annonae ad ipsos inferri sinerent. Quamobrem et Centumcellas, urbem maritimam ac nobilissimam, sub idem tempus Gotthi deseruerunt, compellente cibi inopia. Ampla est illa urbs atque incolis frequens in Tuscia, ab Occidentali Romae latere: unde stadiis abest cc. LXXX. A Romanis occupata, magnam attulit ad eorum vires accessionem: cum et Albanum oppidum, quod Romae partem exortivam spectat, obtinuissent, eamdem ob causam tunc ab hostibus derelictum. Itaque Romani iam undique circunclusos intercepere Barbaros: qui eam ob rem pactiones rescindere, et aliquam Romanis creare fraudem ardebant. Quare missi ad Belisarium Oratores facta sibi iniuria violatam armorum quietem obiiciunt. Cum

τῷ μεταπεμψαμένου κατά τινα χρείαν Παῦλόν τε καὶ Ἰσαύρους
τὸ ταύτης φρούριον λόγῳ οὐδενὶ καταλαβόντας ἔχειν. ταὐτὸ δὲ
C τοῦτο ἀμφί τε Ἀλβανῷ καὶ Κεντουκέλλαις δῆθεν τῷ λόγῳ ᾐτιῶντο, ἠπείλουν τε, ἢν μὴ ταῦτα σφίσιν ἀποδιδῷ, οὐκ ἐπιτρέψειν. Βελισάριος δὲ ξὺν γέλωτι αὐτοὺς ἀπεπέμψατο, παραπέτασμα μὲν εἶναι δὴ τὴν αἰτίαν εἰπών, ἀγνοεῖν δὲ οὐδένα ὅτου δὴ ἕνεκα τὰ χωρία ταῦτα Γότθοι ἐκλίποιεν. καὶ τὸ λοιπὸν ὑποψίᾳ τινὶ ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο. ἔπειτα δὲ Βελισάριος, ἐπεὶ Ῥώμην εἶδε στρατιωτῶν πλήθει ἀκμάζουσαν, ἄλλους τε ἱππέας ἐς χωρία Ῥώμης μακράν που ἄποθεν περιέπεμψε καὶ Βιταλιανοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν
V 69 Ἰωάννην ἐκέλευε ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἱππεῦσιν, ὀκτακοσίοις οὖσιν, ἀμφὶ πόλιν Ἄλβαν διαχειμάζειν, ἐν Πικηνοῖς κειμένην· καὶ οἱ
D τῶν τε Βαλεριανῷ ἑπομένων τετρακοσίους ξυνέπεμψεν, ὧν Δαμιανὸς ὁ Βαλεριανοῦ ἀδελφιδοῦς ἦρχε, καὶ τῶν αὐτοῦ ὑπασπιστῶν ὀκτακοσίους ἄνδρας, διαφερόντως ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. οἷς δὴ δορυφόρους δύο, Σουτᾶν τε καὶ Ἄβιγιν, ἐπέστησε, καὶ αὐτοὺς μὲν Ἰωάννῃ ἕπεσθαι, ὅπῃ ἂν αὐτὸς ἐξηγεῖτο, ἐκέλευε, τῷ δὲ Ἰωάννῃ ἐπήγγελλεν, ἕως μὲν τὰ ξυγκείμενα σφίσι φυλάτ-
H 223 τοντας ὁρᾷ τοὺς πολεμίους, ἡσυχῇ μένειν· ὅταν δὲ τὴν ἐκεχειρίαν πρὸς αὐτῶν λελύσθαι ξυμβαίνῃ, ποιεῖν κατὰ τάδε, παντὶ τῷ στρατῷ ἄφνω τε καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς καταθεῖν τὴν Πικηνῶν χώ-

3. *Κεντουκέλλαις*] κεντούλαις L: illud Lm. 4. ἀποδιδῷ P ex Vat. ἀποδιδόναι L. ὑποδιδόναι H. *ibid.* ἐπιτρέψειν P ex Vat. ἐπιτρέψει L. ἐπιτρέψῃ H. 10. *Βιταλιανοῦ — Ἰωάννην*] βιταλιανὸν — ἰωάννου HL. 12. *Πικηνοῖς*] *Πικήνοις* P. πιγκηνοῖς H. πιγκιανοῖς Reg. 16. *Ἄβιγιν*] ἄδηγιν Vat. 20. ξυμβαίνῃ] ξυμβαίη L. 21. *Πικηνῶν*] πικήνων P. πιγκιανὴν HL.

enim Vitigis Gotthos, qui portum praesidio tenebant, rei causa requirentis ipsorum operam, revocasset, loci castellum a Paulo Isaurisque per meram animi libidinem occupatum fuisse. Idem Albano et Centumcellis factum queruntur in speciem, nec se id inultum relicturos minantur, nisi illa restituat. Eos cum risu Belisarius remittit, querelam dicens praetextum inanem esse: neminem latere causam, cur ea Gotthi loca liquissent. Ex eo suspecti invicem fuere. Post haec Belisarius, ubi Romam abundare militibus vidit, cum turmas alias alia circum loca procul Roma dimisit, tum Ioannem, sororis Vitaliani filium, apud Albam, Piceni urbem, hiemare iussit cum octingentis ipsius equitibus: adiunxitque ex Valeriani turmis quadringentos, quibus Valeriani ex sorore nepos Damianus praeerat; nec non e scutariis suis octingentos, viros bellicosissimos, quibus Protectores hastatos duos, Sutan et Abigin praefecit, atque iniunxit, ut Ioannem, quocunque duceret, sequerentur, his mandatis instructum. Quandiu pactis manere hostes videret, contineret sese: ubi fidem induciarum solvissent, haec faceret. Repente et raptim agrum Picenum

ραν, ἅπαντά τε ἑξῆς περιιόντα τὰ ἐκείνῃ χωρία καὶ αὐτοῖς πρὸ τῆς φήμης ἐπιδημοῦντα. ταύτης γὰρ σχεδόν τι ἁπάσης τῆς χώρας ἄνδρας μὲν οὐδαμῆ ἀπολελεῖφθαι, πάντων ἐπὶ Ῥώμην στρατευσαμένων, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῶν πολεμίων καὶ χρήματα P 406 πανταχῆ εἶναι. ἐξανδραποδίζειν οὖν καὶ ληίζεσθαι τὰ ἐν ποσὶν ἅπαντα φυλασσόμενον μή ποτε Ῥωμαίων τινὶ τῶν ταύτῃ ᾠκημένων λυμήνηται. ἢν δέ πῃ χωρίῳ ἐντύχῃ, ἄνδρας τε καὶ ὀχυρώματα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔχοντι, πάσῃ αὐτοῦ δυνάμει ἀποπειράσασθαι. καὶ εἰ μὲν ἑλεῖν δύνηται, ἐς τὰ πρόσω ἰέναι, τοῦ πράγματος δὲ, ἂν οὕτω τύχοι, ἀντισταθοῦντος, ἀπελαύνειν ὀπίσω, ἢ αὐτοῦ μένειν. προϊόντι γάρ οἱ καὶ τοῦτο δὴ τὸ ὀχύρωμα κατὰ νώτου ἀπολιπόντι κίνδυνος πολὺς ἐπὶ πλεῖστον ἔσται, ἐπεὶ οὔποτ' ἀμύνειν εὐπετῶς σφίσιν ἕξουσιν, ἢν που ἐνοχλοῖντο πρὸς τῶν ἐναντίων· τὴν δὲ λείαν φυλάσσειν ἅπασαν, ὅπως ἂν αὐτὴν B ὀρθῶς καὶ δικαίως στρατιὰ διανέμοιτο. εἶτα ξὺν γέλωτι καὶ τοῦτο ἐπεῖπεν „Οὐ γὰρ δίκαιον ὑφ' ἑτέρων μὲν τοὺς κηφῆνας πόνῳ μεγάλῳ ἀπόλλυσθαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾷ ταλαιπωρίᾳ ὀνίνασθαι." τοσαῦτα μὲν ἐπιστείλας Βελισάριος Ἰωάννην ξὺν τῷ στρατεύματι ἔπεμψεν.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ὅ τε Μεδιολάνων ἱερεὺς Δάτιος καὶ τῶν πολιτῶν ἄνδρες δόκιμοι ἐς Ῥώμην ἀφικόμενοι Βελισαρίου ἐδέοντο φρουροὺς ὀλίγους σφίσι ξυμπέμψαι. αὐτοὶ γὰρ ἱκανοὶ ἰσχυρίζοντο εἶναι, οὐ Μεδιόλανα μόνην, ἀλλὰ καὶ Λιγουρίαν

16. Οὐ — ὀνίνασθαι] Suidas s. v. κηφήν. 23. Μεδιόλανα μόνην] Μεδιόλανον μόνον Pm.

cum omnibus copiis pervolaret, continenti cursu loca obiens cuncta, ac celeritate famam praevertens: propterea quod viris ibi nusquam fere relictis, cum plerique omnes bello Romam petiissent, ubivis essent hostium liberi, uxores atque pecuniae. Itaque captivos abduceret, et obvia quaeque diriperet, caveret tamen, ne quid detrimenti Romanus ullus incola pateretur. Si quem in locum incideret, militari praesidio, ac proinde arte et manu munitum, viribus omnibus tentaret: si caperet, pergeret porro: sin forte rei difficultas consilium vinceret, referret sese, vel ibi consisteret. Etenim progredienti maximum, ut saepissime fit, a relicto post se loco periculum fore: cum nec se facile tueri possent, sicubi impeterentur ab hostibus, nec praedam omnem servare, cum reliquo exercitu bona fide dividendam. Tum ridens subiecit: *Haud enim aequum est, dum alii in fucis male perdendis desudant, alios defatigationis expertes gaudere mellis vindemia.* Haec ubi mandata dedit Belisarius, Ioannem cum exercitu misit.

Sub idem tempus Mediolanensis Antistes Datius, ac cives primarii, cum Romam venissent, a Belisario modicum petiere praesidium, satis virium sibi fore asseverantes ad eripiendum Gotthis nullo negotio, vindicandumque Imperatori non modo Mediolanum, sed Liguriam quoque uni-

C ὅλην πόνῳ οὐδενὶ Γότθων τε ἀποστῆσαι καὶ βασιλεῖ ἀνασώσασθαι. αὕτη δὲ ἡ πόλις ᾤκεῖτο μὲν ἐν Λιγούροις, μέση που μάλιστα Ῥαβέννης τε πόλεως καὶ Ἄλπεων τῶν ἐν Γάλλων ὁρίοις κειμένη. ἑκατέρωθεν γὰρ ἐς αὐτὴν ὀκτὼ ἡμερῶν ὁδὸς ἀνδρὶ εὐζώνῳ ἐστὶ, πρώτη δὲ πόλεων τῶν ἑσπερίων μετά γε Ῥώμην μεγέθει τε καὶ πολυανθρωπίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ ἐτύγχανεν οὖσα. καὶ αὐτοῖς Βελισάριος ὑποσχόμενος ἐπιτελῆ τὴν δέησιν ποιήσειν κατεῖχεν αὐτοῦ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν.

D η'. Ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πη εἶχε. τῆς δὲ τύχης ὁ φθόνος ὤδινεν ἤδη ἐπὶ Ῥωμαίους, ἐπεὶ τὰ πράγματα εὖ τε καὶ καλῶς σφίσιν ἐπίπροσθεν προϊόντα ἑώρα, κακῷ τε κεραννύναι τινὶ ταῦτα ἐθέλουσα, ἔριν ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας λόγου ἀξίας ἐπενόει Βελισαρίῳ τε καὶ Κωνσταντίνῳ, ᾗ ὅπως ἔφυ καὶ ἐς ὅ τι ἐτελεύτησεν, ἐρῶν ἔρχομαι. Πρεσίδιος ἦν τις, ἀνὴρ Ῥωμαῖος, ᾠκημένος μὲν ἐπὶ Ῥαβέννης, ὢν δὲ οὐκ ἀφανής. οὗτος ὁ Πρεσίδιος, ὅτι δὴ Γότθοις προσκεκρουκὼς ἦν, ἡνίκα Οὐίττιγις ἐπὶ Ῥώμην στρατεύειν
P 407 ἔμελλε, ξὺν ὀλίγοις τισὶ τῶν οἰκετῶν ἐπὶ κυνηγέσιον δῆθεν τῷ λόγῳ στελλόμενος φεύγει, οὔτε τῳ τὴν βουλὴν κοινωσάμενος οὔτε τι τῶν χρημάτων ξὺν αὐτῷ ἔχων, πλήν γε δὴ ὅτι ξιφίδια δύο αὐτὸς ἔφερεν, ὧν τὼ κουλεὼ χρυσῷ τε πολλῷ καὶ λίθοις ἐντίμοις κεκαλλωπισμένω ἐτυχέτην. καὶ ἐπειδὴ ἐν Σπολετίῳ ἐγένοντο,
V 70 ἐς νεών τινα ἔξω τοῦ περιβόλου κατέλυσεν. ὃ δὴ Κωνσταντῖνος ἀκούσας (ἐτύγχανε γὰρ ἔτι ἐνταῦθα διατριβὴν ἔχων) τῶν τινα

2. ᾤκεῖτο] ᾤκισται Pm. 18. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδέ — οὐδέ. 22. Κωνσταντῖνος] Κωνσταντιανὸς HL. Et sic per totum hoc caput.

versam: in qua illa urbs posita, inter urbem Ravennam et Alpes, quibus Galliae terminantur, media fere est. Utrinque enim ad ipsam dierum octo iter est viro expedito. Amplitudine, frequentia, opibus Romae cedens, Occidentis urbes caeteras superabat. Illorum petitioni satisfacturum se pollicitus Belisarius, ibi hiemem egit.

8. Ita quidem haec se habebant. Iam vero Fortuna Romanis invidens, quibus bene praeclareque res videbat procedere, in eos noxam parturiebat, ac prosperis miscere volens adversum aliquid, Belisarium inter et Constantinum de nihilo dissidium moliebatur; cuius ortum exitumque modo exponam. Romanus quidam, Praesidius nomine, vir nobilis, cum Ravennae, ubi habitabat, in Gotthorum offensionem eo tempore venisset, quo in urbem Romam Vitigis expeditionem parabat, simulato venationis consilio, nec prodito cuiquam quod vere meditabatur, aufugit, nihil opum secum ferens, praeter pugiones duos, quorum vaginae multo auro gemmisque ornatae erant. Ut Spoletium cum suis attigit, in templum divertit extra muros positum. Qua de re factus certior, qui ibi tum agebat, Constantinus indicta causa acinacem utrumque aufert, misso

ὑπασπιστῶν Μαξεντίολον πέμψας ἄμφω ἀφαιρεῖται λόγῳ οὐδενὶ τὼ ἀκινάκα. περιαλγὴς δὲ γεγονὼς τοῖς ξυμπεσοῦσιν ὁ ἄνθρωπος ἐς Ῥώμην ὅτι τάχιστα παρὰ Βελισάριον στέλλεται, οὗ δὴ οὐκ εἰς μακρὰν καὶ Κωνσταντῖνος ἀφίκετο. ἤδη γὰρ ὁ τῶν Γότθων στρατὸς οὐκ ἄποθεν εἶναι ἠγγέλλετο. ἕως μὲν οὖν ἔν τε B θορύβῳ καὶ κινδύνῳ Ῥωμαίοις καθειστήκει τὰ πράγματα, σιωπῇ ὁ Πρεσίδιος ἔμενεν· ὡς δὲ τά τε Ῥωμαίων καθυπέρτερα εἶδε καὶ Γότθων πρέσβεις παρὰ βασιλέα σταλέντας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, Βελισαρίῳ συχνὰ προσιὼν τήν τε ἀδικίαν ἐπήγγελλε καὶ οἱ τὰ δίκαια βοηθεῖν ἠξίου. ὁ δὲ Κωνσταντίνῳ πολλὰ μὲν αὐτός, πολλὰ δὲ δι' ἑτέρων μεμφόμενος, παρῄνει ἔργου τε ἀδίκου καὶ δόξης αἰσχρᾶς ἀπαλλάσσεσθαι. ἀλλὰ γὰρ Κωνσταντῖνος (ἐχρῆν γάρ οἱ γενέσθαι κακῶς) τούς τε λόγους ἀεὶ ἐρεσχελῶν διεκρούετο καὶ τὸν ἠδικημένον ἐτώθαζε. Βελισαρίῳ δέ ποτε, ἵππῳ ἐν τῇ ἀγορᾷ ὀχουμένῳ, ἐντυχὼν ὁ Πρεσίδιος τοῦ τε χαλι- C νοῦ τοῦ ἵππου ἐλάβετο καὶ μέγα ἀναβοῶν ἠρώτα εἰ ταῦτα λέγουσιν οἱ βασιλέως νόμοι, ἵνα ἐπειδάν τις τοὺς βαρβάρους φυγὼν ἱκέτης ἐς αὐτοὺς ἵκοιτο, ἀφέληται βίᾳ ὅσα ἂν τύχῃ ἐν χερσὶν ἔχων. πολλῶν δὲ περιεστηκότων τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῦ H 224 χαλινοῦ ξὺν ἀπειλῇ κελευόντων μεθίεσθαι, οὐ πρότερον ἀφῆκε, πρὶν δὴ αὐτῷ ὑπέσχετο Βελισάριος τὰ ξιφίδια δώσειν. τὴν οὖν

2. ἀκινάκα] ἀκίνακε HL. 9. ἐπήγγελλε L. ἀπήγγελλε P. 16. εἰ ταῦτα] εἶτα HL: illud marg. 18. ἀφέληται] ἀφέληταί τις HL. 20. ξὺν ἀπειλῇ κελευόντων Vat. ξυναπειλούντων καὶ λεγόντων HL.

ad id Maxentiolo, quo Scutario utebatur. Hinc ille dolore percitus, Romam, nulla interposita mora, ad Belisarium properat, quo et Constantinus aliquanto post venit, accepto iam nuntio, Gotthorum exercitum appropinquare. Ac quandiu Romana res in tumultu et discrimine versata est, tandiu silentium Praesidius tenuit. Ubi vero illam superiorem esse, et Oratores Gotthorum, uti supra diximus, ad Imperatorem adiisse vidit; Belisarium saepe conveniens, iniuriamque expostulans, enixe ius orabat. Nec minus saepe Belisarius cum per se ipse, tum per alios Constantinum urgebat reprehensionibus, ut se ab iniquo facinore turpique existimatione vindicaret. Sed enim Constantinum manebat interitus. Quamobrem ille dicta semper elevabat ludibriis, et quem affecerat iniuria, ridebat. Aliquando demum in foro equitanti Belisario occurrens Praesidius, apprehensis habenis equi, contenta voce interrogat, num Imperatoris leges id ferant, ut qui a Barbaris ad ipsius partes supplex transfugerit, omnibus, quae in manibus habet, per vim spolietur? Tum circumstantibus multis et minaciter imperantibus, ut a fraeno manum amoveret, non prius dimisit, quam ipsi pugiones redditum iri Belisarius

ὑστεραίαν Κωνσταντῖνόν τε καὶ τῶν ἀρχόντων πολλοὺς ἐς οἰκίσκον τινὰ ξυγκαλέσας Βελισάριος ἐν παλατίῳ τῶν μὲν τῇ προτεραίᾳ ξυμπεπτωκότων ὑπέμνησε, παρῄνει δὲ ὀψὲ γοῦν τοῦ χρό-
D νου τοὺς ἀκινάκας ἀποδιδόναι. ὁ δὲ οὐκ ἔφη δώσειν· ἥδιον γὰρ ἂν αὐτοὺς ἐς τὸ Τιβέριδος ὕδωρ ἐμβάλλοι ἢ τῷ Πρεσιδίῳ διδοίη. θυμῷ τε ἤδη ἐχόμενος Βελισάριος ἐπυνθάνετο εἰ οὐκ οἴοιτο Κωνσταντῖνος πρὸς αὐτοῦ ἄρχεσθαι. καὶ αὐτὸς τὰ μὲν ἄλλα οἱ ὡμολόγει ἅπαντα πείσεσθαι· βουλομένῳ γὰρ ταῦτα βασιλεῖ εἶναι· τόδε μέντοι, ὃ ἐν τῷ παρόντι ἐπιτάττοι, οὐ μήποτε δράσειν. Βελισάριος μὲν οὖν εἰσιέναι τοὺς δορυφόρους ἐκέλευε, Κωνσταντῖνος δὲ „Ὅπως με δηλαδὴ ἀποκτενοῦσιν“ ἔφη. „Οὐδαμῶς“ ὁ Βελισάριος εἶπεν „ἀλλ' ἵνα τὸν σὸν ὑπασπιστὴν Μαξεντίολον,
P 408 ὅς σοι τὰ ξιφίδια βιασάμενος ἤνεγκεν, ἀναγκάσωσι τῷ ἀνθρώπῳ ἀποδιδόναι ἅπερ αὐτοῦ βίᾳ ἔτυχε λαβών.“ ἀλλὰ Κωνσταντῖνος τεθνήξεσθαι παραυτίκα οἰόμενος δρᾶσαί τι μέγα, πρίν τι αὐτὸς παθεῖν, ἐβούλετο. διὸ δὴ τὸ ξιφίδιον εἷλκεν, ὅπερ οἱ πρὸς τῷ μηρῷ ἀπεκρέματο, ἄφνω τε αὐτὸ ἐπὶ τὴν Βελισαρίου γαστέρα ὦσεν. ὁ δὲ καταπλαγεὶς ὀπίσω τε ἀπέστη καὶ Βέσσᾳ ἐγγύς που ἑστηκότι περιπλακεὶς διαφυγεῖν ἴσχυσε. Κωνσταντῖνος μὲν οὖν, ἔτι τῷ θυμῷ ζέων, ἀπῄει. κατιδόντες δὲ Ἰλδίγερ τε καὶ Βαλεριανὸς τὸ ποιούμενον ὁ μὲν τῆς δεξιᾶς, ὁ δὲ αὐτοῦ τῆς ἑτέρας χειρὸς λαβόμενος ὀπίσω ἀνθεῖλκον. ἐν τούτῳ δὲ εἰσελθόντες οἱ
B δορυφόροι, οὓς δὴ ὀλίγῳ πρότερον ἐκάλεσε Βελισάριος, Κων-

15. δρᾶσαι] δράσειν L. δράσσειν H. δρασείειν Hoeschelius.

recepit. Itaque postridie Belisarius Constantino ac multis Ducibus in quoddam Palatii cubiculum convocatis, et commemoratis quae acciderant pridie, hortatur hominem, ut acinaces tandem aliquando restituat. Abnuens ille, iucundius sibi fore asseruit, si illos mitteret in undas Tiberis, quam si Praesidio redderet. Iratus iam Belisarius quaerit, annon se agnoscat ipsi subditum Constantinus? Hic in rebus caeteris plane obsecuturum se illi spondet, quando sic placitum Imperatori: quod in praesenti iuberet, nunquam facturum. Tum Protectores iubenti ingredi Belisario, *Nimirum*, inquit Constantinus, *ut me trucident. Minime vero*, ait Belisarius: *sed ut Scutarium tuum Maxentiolum, qui iussu tuo pugiones, illata vi, abstulit, adigant Praesidio restituere, quae ipsi invito rapuit.* At Constantinus se illico moriturum ratus, grave aliquid patrare prius, quam pati statuit. Quare educto pugione, quem pendulum ad femur gestabat, repente Belisarii ventrem appetit. Is territus retro cedit, et Bessam prope astantem complexus, elabitur. Ipse etiam referebat se Constantinus, ira adhuc incensus; cum, re animadversa, eius dexteram prehendit Valerianus, sinistram Ildiger, illumque retrahunt. Interea ingressi, quos Belisarius paulo ante acciverat, Protectores, e Constantini

σταντίνου τε τὸ ξιφίδιον ξὺν βίᾳ πολλῇ ἐκ χειρὸς αἴρουσι. καὶ αὐτὸν πολλῷ θορύβῳ ἁρπάσαντες οὐδὲν μὲν ἄχαρι τὸ παραυτίκα εἰργάσαντο, παρόντας αἰδούμενοι τοὺς ἄρχοντας, οἶμαι, ἐς οἴκημα δὲ ἄλλο ἀπαγαγόντες, Βελισαρίου κελεύσαντος, χρόνῳ τινὶ ὕστερον ἔκτειναν. τοῦτο Βελισαρίῳ μόνον εἴργασται οὐχ ὅσιον ἔργον καὶ ἤθους τοῦ αὐτοῦ οὐδαμῶς ἄξιον. ἐπιεικείᾳ γὰρ πολλῇ ἐς πάντας ἄλλους ἐχρῆτο. ἀλλὰ ἔδει, ὅπερ ἐρρήθη, Κωνσταντίνῳ γενέσθαι κακῶς.

θ'. Γότθοι τε οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς Ῥώμης τὸν περίβολον C V 71 κακουργεῖν ἤθελον. καὶ πρῶτα μέν τινας ἐς τῶν ὀχετῶν ἕνα νύκτωρ καθῆκαν, ὧν αὐτοὶ τὸ ὕδωρ κατ' ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου ἀφῄρηντο. οἱ δὲ λύχνα τε καὶ δᾷδας ἐν χερσὶν ἔχοντες ἀπεπειρῶντο τῆς ἐς τὴν πόλιν ἐνθένδε εἰσόδου. ἔτυχε δέ τινα διώρυχα οὐ μακρὰν Πιγκιανῆς πυλίδος τοῦ ὀχετοῦ τούτου κύρτωμα ἔχειν. ὅθεν δὴ τῶν τις φυλάκων τὸ πῦρ κατιδὼν τοῖς ξυμφυλάσσουσιν ἔφρασεν· οἱ δὲ λύκον αὐτοῦ παριόντα ἰδεῖν ἔφρασαν. ταύτῃ γὰρ τὴν γῆν οὐχ ὑπερέχειν τὴν τοῦ ὀχετοῦ οἰκοδομίαν ξυνέβαινε, πυρὶ δὲ εἰκάζεσθαι τοὺς τοῦ λύκου ὀφθαλμοὺς ᾤοντο. τῶν μὲν οὖν βαρβάρων ὅσοι τοῦ ὀχετοῦ ἀπεπειράσαντο, ἐπειδὴ D ἐν μέσῃ πόλει ἐγένοντο, ἔνθα δὴ ἄνοδός τις ἦν ἐκ παλαιοῦ ἐς αὐτό που τὸ παλάτιον φέρουσα, οἰκοδομίᾳ τινὶ ἐνταῦθα ἐνέτυχον οὔτ' ἐς πρόσω ἰέναι τὸ λοιπὸν ξυγχωρούσῃ οὔτε τῇ ἀναβάσει τὸ παράπαν χρῆσθαι. ταύτην δὲ τὴν οἰκοδομίαν Βελισάριος προ-

22. οὔτ' — οὔτε] Vulgo οὐδ' — οὐδὲ.

manu pugionem extorquent multa vi, correptumque ingenti cum fremitu hominem extemplo quidem omittunt multare, Ducum, ut opinor, praesentiam veriti, sed abductum in cubiculum aliud paulo post, iubente Belisario, interficiunt. Unum hoc Belisarius admisit facinus minus honestum, nec moribus dignum commodis; cum ipsum omnes alii lenissimum experti sint. Verumenimvero Constantinum, ut dictum est, manebat interitus.

9. Haud multo post, Gotthi in muros Romae cupientes moliri aliquid, primum quosdam immisere noctu in unum ex aquaeductibus, a quibus aquam initio belli huius averterant. Illi manibus lychnos ac faces praeferentes, in urbem aditum ea parte tentabant, cum per foramen, quod non procul a pota Pinciana in fornice aquaeductus illius erat, vigilum quidam, conspecto igne, rem sociis indicat. Hi vero, quoniam ibi structura aquaeductus non extabat e terra, visum asserunt lupum, illac praetereuntem; cuius oculos igni similes rebantur esse. Ingressi canalem Barbari, cum in mediam urbem penetrassent, eoque loci venissent, ubi ad ipsum Palatium vetus quidam ascensus erat, offenderunt praestructum obicem, quo et longius progredi, et ascendere omnino prohibebantur. Hunc Belisarius obsidionis principio, ut a me in libro superiori narratum

μηθείᾳ τινὶ κατ' ἀρχὰς τῆσδε τῆς πολιορκίας πεποίηται, ὥσπερ P 409 μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται. λίθον οὖν ἕνα βραχὺν ἐνθένδε ἀφελόντες ὀπίσω τε ἀναστρέφειν εὐθὺς ἔγνωσαν καὶ παρὰ τὸν Οὐίττιγιν ἐπανήκοντες τὸν λίθον ἐνδεικνύμενοι πάντα ἀπήγγελλον. καὶ ὁ μὲν τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἅμα τοῖς Γότθων ἀρίστοις ἐν βουλῇ εἶχε, Ῥωμαίων δὲ ὅσοι φρουρὰν ἀμφὶ πυλίδα Πιγκιανὴν εἶχον, μνήμην τῆς τοῦ λύκου ὑποψίας ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἐποιοῦντο τῇ ὑστεραίᾳ. ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος περιφερόμενος ἐς Βελισάριον ἦλθεν, οὐ παρέργως ὁ στρατηγὸς τὸ πρᾶγμα ἤκουσεν, ἀλλ' ἄνδρας τε αὐτίκα τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ δοκίμων ξὺν Διογένει τῷ δορυφόρῳ ἐς τὸν ὀχετὸν καθῆκε καὶ διερευνήσασθαι ἅπαντα ξὺν πολλῷ τάχει ἐκέλευσεν. οἱ δὲ τὰ λύχνα τῶν πολε- B μίων καὶ τῶν δᾳδων ὅσα διερρυήκει πανταχῇ τοῦ ὀχετοῦ εὗρον, καὶ τὴν οἰκοδομίαν, ᾗ ὁ λίθος πρὸς τῶν Γότθων ἀφῄρητο, κατανενοηκότες Βελισαρίῳ ἀπήγγελλον. διὸ δὴ αὐτός τε τὸν ὀχετὸν ἐν μεγάλῃ φυλακῇ ἔσχε καὶ οἱ Γότθοι αἰσθόμενοι ταύτης δὴ τῆς πείρας ἀπέσχοντο.

H 225 Ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἔφοδον κατὰ τοῦ περιβόλου ἐμηχανῶντο οἱ βάρβαροι. τηρήσαντες οὖν τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κλίμακάς τε καὶ πῦρ ἐπαγόμενοι, ἥκιστα τῶν πολεμίων προσδεχομένων, ἐπὶ πυλίδα Πιγκιανὴν ᾔεσαν, ἐλπίδι θαρροῦντες ἐξ ἐπιδρομῆς τὴν πόλιν αἱρήσειν, ἅτε οὐ πολλῶν στρατιωτῶν ἐνταῦθα λειφθέντων. ἔτυχε δὲ Ἰλδίγερ τηνικαῦτα ξὺν τοῖς ἑπομέ- C νοις φυλακὴν ἔχων· ἕκαστοι γὰρ ἐκ περιτροπῆς ἐς τὴν φρουρὰν

4. τὸν λίθον] Vulgo τόν τε λίθον. 5. ἀπήγγελλον] ἀπήγγελον L. 7. Πιγκιανὴν] πιγγιανὴν HL hic et infra. 15. ἀπήγγελλον] ἀπήγγελον L.

est, provide opposuerat. Parvo inde extracto lapide remeare decernunt Barbari, reversique ad Vitigin, monstrato lapide, quo res loco sit plane referunt. Tum ille de instituta molitione cum viris inter Gotthos primariis consulit. Postridie, inter portae Pincianae custodes mentione facta suspicionis, quae de lupo inciderat, et hinc perlato ad Belisarium rumore non supina aure rem audiit Magister militum: sed e vestigio homines in exercitu probatissimos cum Diogene Praetoriano degredi iubet in aquaeductum, et omnia scrutari celerrime. Illi hostium lucernas, et quidquid ex facibus defluxerat passim in canali inveniunt, et obice, ex quo lapidem Gotthi dempserant, perspecto, ad Belisarium renuntiant. Quamobrem acribus custodiis aquaeductum muniit: quod cum Gotthi intellexissent, incepto hoc abierunt.

Deinde apertam in muros vim meditati Barbari, capto prandii tempore praeter hostium opinionem, cum scalis et facibus ad portam Pincianam contendunt, spe nixi, fore ut primo impetu urbem caperent, quod non multi milites hic essent reliqui. Tunc Ildiger cum suis custodiam agens, (quod munus singulis per vices demandabatur) ut hostes vidit in-

ἐτετάχατο. ἐπεὶ οὖν εἶδε προσιόντας οὐκ ἐν τάξει τοὺς πολεμίους, ἀπήντησέ τε οὐ ξυντεταγμένοις ἐς παράταξιν, ἀλλὰ ξὺν πολλῇ ἀκοσμίᾳ ἰοῦσι, καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν οὐδενὶ πόνῳ τρεψάμενος ἔκτεινε. κραυγῆς δὲ μεγάλης καὶ ταραχῆς ἀνὰ τὴν πόλιν, ὡς τὸ εἰκὸς, γεγενημένης Ῥωμαῖοί τε ὡς τάχιστα πανταχόσε τοῦ περιβόλου ξυνέρρεον καὶ οἱ βάρβαροι ἄπρακτοι ἐς τὰ στρατόπεδα οὐκ ἐς μακρὰν ἐχώρησαν. Οὐίττιγις δὲ αὖθις ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ περιβόλου καθίστατο. καὶ ἦν γάρ τις αὐτῷ ἐπίμαχος μάλιστα μοῖρα, ᾗ τοῦ Τιβέριδος ἡ ὄχθη ἐστὶν, ἐπεὶ ταύτῃ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι θαρσοῦντες τοῦ ὕδατος τῷ ὀχυρώματι τὸ τεῖχος ἀπημελημένως ἐδείμαντο, βραχύ τε αὐτὸ καὶ πύργων ἔρημον παντάπασι D ποιησάμενοι· ῥᾷον ἐνθένδε ἤλπιζε τὴν πόλιν αἱρήσειν. οὐδὲ γὰρ οὐδέ τι φυλακτήριον λόγου ἄξιον ἐνταῦθα τετύχηκεν εἶναι. δύο οὖν Ῥωμαίους ἀμφὶ τὸν Πέτρου τοῦ ἀποστόλου νεὼν ᾠκημένους χρήμασιν ἀναπείθει οἴνου ἀσκὸν ἔχοντας παρὰ τοὺς ἐκείνῃ φρουροὺς ἰέναι περὶ λύχνων ἁφὰς, καὶ αὐτοῖς τὸν οἶνον τρόπῳ ὅτῳ δὴ φιλοφροσύνης ἐνδεικνυμένους χαρίζεσθαι. εἶτα ξὺν αὐτοῖς V 72 πόρρω τῶν νυκτῶν καθημένους πιεῖν, ἑκάστῳ τε ἐς τὴν κύλικα ὑπνωτικὸν ἐμβαλεῖν φάρμακον, ὅπερ σφίσιν αὐτὸς ἐδεδώκει. ἀκάτους δὲ λάθρα ἐν τῇ ἑτέρᾳ ὄχθῃ ἐν παρασκευῇ ποιησάμενος εἶχεν, αἷς δὴ τῶν βαρβάρων τινὰς, ἐπειδὰν τάχιστα οἱ φύλα- P 410 κες ὕπνῳ ἔχοιντο, ξὺν κλίμαξιν ἐκ σημείου ἑνὸς τὸν ποταμὸν διαβαίνοντας τὴν ἐπίθεσιν τῷ περιβόλῳ ποιήσασθαι. τό τε

8. ἐπίμαχος P et Hoesch. in annot. ἐπιμαχώτατος HL. Sic p. 414 c. 415 a.

composite accedentes, occurrit ipsis, non instructa acie, sed promiscue ac turbate progredientibus. Nullo mox negotio adversos fundens, cladem efficit. Inde magnus, ut fit, oriri in urbe clamor ac tumultus: statim Romani undique ad muros confluere: nec multo post in sua castra Barbari re infecta reverti. Ad fraudem redit Vitigis, grassaturus in moenia: quorum sane partem, quae Tiberis ripam praetexit, expugnare facillime poterat. Illam enim Romani veteres, aquae munimento confisi, adeo negligenter aedificaverant, ut et valde humilis esset, et omnino turribus vacua. Hac demum eo facilius urbem se capturum sperabat, quo levius erat ibi praesidium. Ergo Romanos duos, qui ad Petri Apostoli aedem habitabant, pecunia inducit, ut cum utre vini pleno custodes illic positos primis tenebris adeant, ac vino donent cum omni benevolentiae significatione: deinde, adulta nocte, sedentes una perpotent, iniecto in cuiusque scyphum medicamine soporifero, quod ipse dedit. In ulteriori ripa scaphas clam paratas habuit; ut, simul ac somnus custodias complexus esset, primo dato signo, Barbarorum manus flumen transiret, ac scalis instructa muros invaderet. Totum etiam exercitum ad urbem vi pe-

στράτευμα ἐς τοῦτο ἡτοίμαζεν ὅλον, ὅπως ἅπασα κατὰ κράτος ἡ πόλις ἁλῴη. τούτων οὕτω ξυγκειμένων σφίσι, τοῖν ἀνδροῖν ἅτερος τοῖν Οὐιτίγιδι ἐς ταύτην δὴ παρεσκευασμένοιν τὴν ὑπουργίαν (οὐ γὰρ ἔδει Ῥωμαίους τούτῳ τῷ Γότθων στρατοπέδῳ ἁλῶναι) αὐτεπάγγελτος ἐλθὼν Βελισαρίῳ τε ἅπαντα φράζει καὶ τὸν ἕτερον ἐνδείκνυσιν. ὃς δὴ αἰκιζόμενος ἐς φῶς τε ἅπαντα ἤνεγκεν ὅσα δρᾶν ἔμελλε καὶ τὸ φάρμακον ἐπεδείκνυεν, ὅπερ Οὐί-
B τιγις αὐτῷ ἐδεδώκει. καὶ αὐτὸν Βελισάριος τήν τε ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα λωβησάμενος ἐς τῶν πολεμίων τὸ χαράκωμα ὄνῳ ὀχούμενον ἔπεμψε. καὶ κατιδόντες αὐτὸν οἱ βάρβαροι ἔγνωσαν ὡς ὁ θεὸς οὐκ ἐῴη σφῶν τὰ βουλεύματα ὁδῷ ἰέναι, καὶ δι' αὐτὸ οὐκ ἄν ποτε ἡ πόλις σφίσιν ἁλώσιμος εἴη.

C ι'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο, ἐν τούτῳ Βελισάριος γράψας πρὸς Ἰωάννην ἔργου ἐκέλευεν ἔχεσθαι. ὁ δὲ ξὺν τοῖς δισχιλίοις ἱππεῦσι τὴν Πικηνῶν χώραν περιιὼν τὰ ἐν ποσὶν ἐληΐζετο πάντα, παῖδάς τε καὶ γυναῖκας τῶν πολεμίων ἐν ἀνδραπόδων ποιούμενος λόγῳ. Οὐλίθεόν τε, τὸν Οὐιτίγιδος θεῖον, ξὺν Γότθων στρατῷ ὑπαντιάσαντα μάχῃ νικήσας αὐτόν τε κτείνει καὶ πάντα σχεδὸν τὸν τῶν πολεμίων στρατόν. διὸ δὴ καὶ οὐδεὶς οἱ ἐτόλμα ἔτι ἐς χεῖρας ἰέναι. ἐπεὶ οὖν ἀφίκοντο ἐς Αὔξιμον πόλιν, Γότθων μὲν ἐνταῦθα φρουρὰν οὐκ ἀξιόχρεών τινα ἔμαθεν εἶναι, ἄλλως δὲ ἐχυρόν τε καὶ ἀνάλωτον κατενόησε τὸ χωρίον. καὶ ἀπ'
D αὐτοῦ προσεδρεύειν μὲν οὐδαμῇ ἤθελεν, ἀλλ' ἀπαλλαγεὶς ὅτι τά-

13. ἐγένετο L. ἐγένοντο P. 15. Πικηνῶν] Πικήνων P. πεγκιανῶν HL.

οὔποτε εἰκότως εἰς τὸ πολεμεῖν ἐκ τοῦ εὐθέος χωρήσομεν. ἐμπειρία γὰρ λογισμὸν φέρουσα θρασύνεσθαι ἥκιστα εἴωθεν. ἄξιον δὲ ἀναμνησθέντας πάντας ἡμᾶς τῶν προτέρων ξυμπεπτωκότων, οὕτω τανῦν ὑπὲρ τῶν παρόντων βουλεύσασθαι. λήθη γὰρ πολλοῖς τισιν ἐπιγενομένη τῶν ἤδη φθασάντων ἐπῆρε μὲν αὐτῶν οὐκ ἐν δέοντι ὑπὸ ἀμαθίας τὰς γνώμας, ἐν δὲ τοῖς μεγίστοις ἱκανῶς ἔσφηλεν. Οὐίττιγις τοίνυν οὐκ ἀκόντων γε οὐδὲ ἀντιτεινόντων ὑμῶν ἐς τῶν πολεμίων αὐτὸν καθῆκε τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀπειπόντες τότε πρὸς τὰ τῆς τύχης ἐναντιώματα ξυμφορώτατον ἡμῖν αὐτοῖς ἡγήσασθε εἶναι Βελισαρίῳ οἴκοι καθήμενοι ἐπακούειν μᾶλλον ἢ τοῖς σώμασι διακινδυνεύειν. ἀπαίρειν τε νῦν μέντοι αὐτὸν ἀκηκοότες D καὶ ἐς Βυζάντιον στέλλεσθαι, νεωτέροις πράγμασιν ἐγχειρεῖν ἔγνωτε. καίτοι ἐχρῆν ἐκλογίζεσθαι ὑμῶν ἕκαστον οὐχ ἅπαντα H 257 τοῖς ἀνθρώποις ᾗ δοκεῖ γίνεσθαι, ἀλλὰ τῶν δεδογμένων παρὰ δόξαν πολλάκις ἡ τῶν πραγμάτων ἀπόβασις ἀπ' ἐναντίας ἐχώρησε. τύχη γὰρ καὶ μετάμελος τὰ πολλὰ κατορθοῦν ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου πεφύκασιν. ὅπερ καὶ νῦν Βελισαρίῳ ξυμβήσεσθαι οὐδὲν ἀπεικός. ἄμεινον τοίνυν πυθέσθαι μὲν αὐτοῦ πρότερον, πειρᾶσθαι δὲ ἀντικαθιστάναι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὰ πρώην ξυγκείμενα, οὕτω τε ὑμᾶς ἐπὶ τῶν πράξεων τὰ δεύτερα ἰέναι." ταῦτα δὲ Ἰλδίβαδος εἰπὼν εὖ τε βεβουλεῦσθαι Γότθοις ἔδοξε καὶ

1. „ἐμπειρία γὰρ λογισμὸν φέρουσα —] Imitatio verborum Thucydidis lib. 2. ὅτι ἡ μὲν ἀμαθία θράσος, ὁ δὲ λογισμὸς ὄκνον φέρει. Greg. Nat. etiam θράσος ἀμαθίας ἔκγονον dicit, et Lucian. epist. ad Nigrin. ὅτι ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται." HOESCHEL. 14. γίνεσθαι] γίνεται HL. Quo servato Hoeschelius ὅτι οὐχ — scribebat.

non feremur praecipites. Cum enim peritia mentem secum et consilium afferat, audaciam temerariam fugit. Debetis autem omnes, proposita vobis memoria priorum casuum, iam de instantibus deliberare. Multorum enim animos praeteritorum oblivio, cum minime oportebat, temere extulit, et in rebus maximi momenti vehementer fefellit. Ergo Vitigis se in manus hostium demisit, neque invitis vobis, nec renitentibus: sed animis tunc adversa debilitatis fortuna, utilius longe nobis fore duxistis, domi resides Belisario dare manus, quam corpora in praelii discrimen committere. Iam vero, cum auditis illum discedere et Byzantium proficisci, rebus novis studetis. At quemque vestrum reputare secum oportet, homines non omnia facere quae destinarunt: verum saepe fit praeter opinionem, ut consiliis contrarii sint rerum exitus. Fortuna enim ac poenitentia meliora suadere et improviso efficere solent: quod in praesenti accidere Belisario nihil vetat. Quare satius est cum ipso prius agere, et dare operam ut ad pristinam pactionem se referat: tum demum ad ea progredi quae secundo loco agenda sunt. Haec effato Ildibado, sententiam eius proba-

P 464 πρέσβεις ἐς Ῥάβενναν κατὰ τάχος ἔπεμψαν. οἳ δὴ Βελισαρίῳ ἐς ὄψιν ἐλθόντες τῶν τε ξυγκειμένων σφίσιν ὑπέμνησαν καὶ ἅτε διαλύτην τῶν ὡμολογημένων ἐκάκιζον, αὐθαίρετον μὲν ἀποκαλοῦντες ἀνδράποδον, ὀνειδίζοντες δὲ, ὅτι δὴ οὐκ ἐρυθριῴη πρὸ τῆς βασιλείας τὴν δουλείαν αἱρούμενος, ἄλλα τε τοιαῦτα πολλὰ λέγοντες ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρεκάλουν. οὕτω γὰρ καὶ Ἰλδίβαδον ἐθελούσιον ἀφίξεσθαι ἰσχυρίζοντο, τήν τε πορφυρίδα καταθησόμενον ἐς τοὺς αὐτοῦ πόδας καὶ βασιλέα Βελισάριον Γότθων τε
V 109 καὶ Ἰταλιωτῶν προσκυνήσοντα. οἱ μὲν πρέσβεις ταῦτα ἔλεγον, οἰόμενοι τὸν ἄνδρα τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα καταδέχεσθαι οὐδὲν
B μελλήσεσθαι αὐτίκα δὴ μάλα. ὁ δὲ οὐ προσδοκωμένοις αὐτοῖς ἄντικρυς ἀπεῖπεν, ὡς οὐκ ἄν ποτε ζῶντος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Βελισάριος ἐπιβατεύοι τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἀκούσαντες ἀπηλλάσσοντό τε ὡς τάχιστα καὶ Ἰλδιβάδῳ τὸν πάντα λόγον ἀπήγγελλον. Βελισάριος δὲ τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾔει καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ πέμπτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

13. ἐπιβατεύοι] ἐπιβατεύειν H. Correctum ab Hoesch. in annot.
15. ἀπήγγελλον] ἀπήγγελον L.

runt Gotthi, et Ravennam Legatos propere miserunt: qui ad Belisarium introducti, in memoriam redigunt conventa, et violatam promissi fidem obiiciunt: ac voluntarium appellantes mancipium, et exprobrantes quod regno servitutem praeferre non erubesceret, aliaque id genus multa auribus ingerentes, hortantur ne dignitatem supremam respuat: affirmant venturum ultro Ildibadum, positaque ad pedes purpura, Regem Gotthorum atque Italiae agniturum adoratione Belisarium. Haec dicebant Legati, minime dubitantes, quin Belisarius nulla interposita mora Regis nomen acciperet. At ille praeter eorum expectationem negavit plane usurpaturum Belisarium Regis nomen, quandiu Iustinianus Aug. viveret. Quo audito, digressi statim Legati, rem omnem Ildibado renuntiarunt. Belisarius Byzantium profectus est, et cum hieme annus quintus exiit huius belli, quod Procopius scripsit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ P 465 V 110 H 258
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Γ'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Β'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Γ'. P.

PROCOPII CAESARIENSIS
HISTORIARUM TETRADIS II.
LIBER III.

ARGUMENTUM.
EX EDITIONE MALTRETI.

Belisarius Vitigim et Gatthos captivos Byzantium deportat. Non donatur triumpho. Eius laudes amplissimae. Ildibadus, Gotthorum Rex, gentis reliquias in Italia colligit. Rem Romanam evertit avaritia Alexandri Logothetae, cui cognomen Forficulae inditum, quod nummos raderet. Ildibadus Vitalium acie vincit. Offensae uxoris precibus permotus, Uraiam tollit e medio. Deinde ipse in convivio interficitur. (Cap. 1.) *Rugi, gens Gotthica, Erraricum Regem creant. Caeteri Gotthi Totilam ad regnum invitant. Erraricus, dum per Legatos cum Iustiniano agit, occiditur. Totilas regnum capessit.* (2.) *Coëunt in consilium Romani Duces, ab Iustiniano reprehensi. Veronam accedunt Constantianus et Alexander. Urbs capitur proditione; mox amittitur, Ducum culpa.* (3.) *Artabazis ad Romanos, Totilae ad Gotthos oratio. Artabazis cum Viliari inter geminas acies singulare certamen, utrique infaustum. Romanorum clades ac fuga turpissima.* (4.) *Gotthi Florentiam obsident. Romanorum adventu cognito, obsidionem solvunt. Pugna inita, rumore falso Romani consternantur in fugam.* (5.) *Totilas castella, urbes ac provincias multas recipit. Neapolin obsidet. Iustinianus in Italiam Maximinum Praefectum Praetorio cum classe, et Demetrium mittit. Demetrius Neapolitanis auxilium parat. Demetrius alter, dum illum Neapolin ducit, fugata a Gotthis classe, linguae intemperantiam luit.* (6.) *Maximini cunctatio. Romana classis tempestate iactata, a Gotthis male accipitur. Totilas Demetrium captum suadere iubet Neapolitanis ut sese dedant.*

Eosdem ipse ad deditionem hortatur, ac tandem potitur urbe. (7.) Totilae singularis erga victos benignitas. Neapolis muros diruit. Unum e Praetorianis suis, qui virgini stuprum intulerat, morte afficit, habita ea de re oratione gravissima. (8.) Ducum ac militum Romanorum improbitas. Italorum calamitas. Totilae ad Senatum Rom. epist. Sacerdotes Ariani Roma eiecti. Hydruntini castelli obsidio. (9.) In Italiam missus iterum Belisarius cum paucis admodum copiis, Hydruntem servat opera Valentini. Totilas Belisarii exercitum callide explorat. Tibur capit. (10.) Ravennae Belisarius Gotthos ac milites Romanos alloquitur. Vitalius in Aemilia rem gerit: deseritur ab Illyriis. Obsessum a Totila Auximum auxilia accipit. Ricilas stolide audax occumbit. Egressi Auximo, quos subsidio miserat Belisarius, in Gotthorum insidias decidunt. Pisaurum a Belisario munitum Totilas nequicquam tentat. Gotthi Firmum et Asculum obsident. (11.) Auxilia Belisarius ab Imperatore per literas petit. Ioannes Germani filiam uxorem ducit. Totilas Firmum, Asculum, Spoletium et Asisium capit: frustra Perusiam tentat. (12.) Totilas Romam obsidet. In urbe fames. Placentiam quoque Gotthi obsident. In summas redactus angustias Belisarius Ravenna Epidamnum se confert: quo Imperator copias mittit. Narses Eunuchus Erulos sibi adiungit. Ab his fusi fugatique Sclaveni. (13.) Digressio ad Childubium impostorem. Sclavenorum et Antarum mores. Narses imposturam deprehendit. (14.) Valentinus et Phocas Gotthos Romam obsidentes lacessunt, Bessa intra urbis muros residente. Ex insidiis intereunt. Missae Romam a Vigilio Pontifice naves frumento onustae, in potestatem Gotthorum veniunt. Totilas Valentinum Episc. mendacii insimulatum, manibus truncari iubet. (15.) Vigilius P. Byzantium accitur. Placentini se Gotthis dedunt. Pelagii Diaconi in Romanos benignitas. Ad Totilam mittitur, inducias petiturus. Utriusque orationes. (16.) Civium Romanorum ad Duces oratio, dictante fame: cuius rabida vis describitur. (17.) Epidamni de profectione deliberatur. Belisarius suo Hydruntem adventu Gotthos fugat. Totilas Tiberim munit. Ioannes Calabriam recipit. Tullianus Brutios et Lucanos eidem conciliat. Recimundum praelio vincit Ioannes: quem Belisarius in portu Romano expectat. (18.) Belisarii, Romae obsessae succurrere volentis, apparatus, profectio, et cum hostibus pugna. Isaacis temeritas. Turbatus nuntio Belisarius, incepto absistit. Ipsius morbus. Isaacis interitus. (19.) Bessae avaritia et in Romano praesidio excitando negligentia. Isauri portae Asinariae custodes proditionem cudunt. Totilas Romam capit. In templo D. Petri a Pelagio placatur. Extrema Senatorum inopia. Totilae in Rusticianam ac feminas Romanas omnes benignitas. (20.) Gotthos ad iustitiae cultum hortatur Totilas. Senatui Romano ingratum animum exprobrat. A Pelagio mitigatur. Ad Iustinianum Legatos de pace mittit cum epistola. Hos ad Belisarium Imperator remittit. (21.) Tullianus in Lucania Gotthos fundit. Belisarius per litteras Totilam revocat ab exscindendae Romae consilio. Totilas Romam penitus vacuam relinquit. Ioannes Hydruntem se recipit. Tullianus deseritur. (22.) Martianus Spoletium Romanis recuperat. Belisarius Romam visit. Ioannes Tarentum occupat ac munit. Totilas Acherontide potitus, Ravennam petit. (23.) Romam recipit munitque Belisarius. Totilam fortissime repellit. Gotthi Regi suo temeritatem exprobrant. Tibur concedunt. (24.) Totilas ad obsidionem Perusiae hortatur exercitum, et res a se male gestas excusat. (25.) Capuae Romani et Gotthi inopinato confligunt. Gotthorum fuga. Ioannes Romanas matronas recipit. Totilas in Lucania Ioannem aggressus noctu imparatum fugat. Gilacii Armenii interitus. (26.) Imperator copias in Italiam mittit. Veri Erulorum Ducis temeritas. Valerianus ccc. e suis ad Ioannem mittit. Belisarius Tarentum proficiscitur. Scylaei nomen unde ductum. Cynocephali et Lycocra-

nitae cur sic appellati. (27.) *Belisarius Tarentum navigans, tempestate cogitur Crotonem appellere. Re ab ipsius copiis initio bene, dein pessime gesta, trepide in Siciliam cum Antonina uxore traiicit.* (28.) *Sclaveni Illyricum vastant. Terrae motus. Insolita Nili exundatio. Cetus, cui nomen Porphyrio, capitur. Totilas Ruscianum castellum obsidet.* (29.) *Imperator pedites mittit. Valerianus Belisarium convenit. Antonina Byzantium proficiscitur. Theodorae Aug. obitus. Praesidii Rusciani cum Totila compositio. Conon Romae a militibus interficitur. Belisarius et Ioannes coeunt, ut Rusciano suppetias ferant. A Gotthis repelluntur. Nova consilia ineunt. Totilas Ruscianum cast. capit. Eius saevitia in Chalazarem. Antonina ab Imperatore reditum impetrat Belisarii.* (30.) *Prima coniurationis in Iustinianum Aug. semina. Artabanes ex Africa redux, procus Preiectae neptis Imperatoris, repudiatam uxorem recipere cogitur. Preiectae cum Ioanne Pompeii filio nuptiis graviter offenditur. Germanus Iustiniani nepos, haeres a fratre Boraide institutus, turbatur a patruo.* (31.) *Arsaces ab Imperatore poena affectus, in eum cum Artabane conspirat. Consilium aperit Chanarangi, et Iustino Germani filio. Iustinus rem enuntiat patri: hic Marcello. Chanarangis verba ex occulto Leontius excipit, et Marcello refert; Marcellus Imperatori indicat. Coniuratis in carcerem traditis, patet molitio. Iudicium. Periclitanti Germano Marcellus egregie patrocinatur. Poena sontibus decreta.* (32.) *Barbari Occidentis Imperium occupant. Possessionem Galliae, qua Gotthi cesserant, Iustinianus Francis asserit. Inter Barbaros soli Francorum Reges nummos aureos cum effigie sua cudunt. Gepaedum, Langobardorum Erulorumque res.* (33.) *Dissidio inter Gepaedes et Langobardos orto, utrique per Legatos Iustinianum in suas partes trahere conantur. Imperator auxilia Langobardis mittit. Barbari inter se pacem conficiunt.* (34.) *Indecorus Belisarii reditus ex Italia. Omen ipsius prosperitatis. Vigilius Papa Imperatorem ad recuperandam Italiam impellit. Iustinianus in controversiis de religione totus est. Res Langobardicae. Ilaufi perfidia ac successus.* (35.) *Totilas Romam obsidet. Iustiniani oscitatio. Isauri Gotthis urbem produnt. Paulus cum suis in Adriani mole fortiter resistit. Totilas urbi captae parcit.* (36.) *Totilae Francorum Rex filiam dare uxorem renuit. Romam Totilas instaurat, ac regnum stabilit. Pacem negante Iustiniano, Centumcellas et castellum Rheginum obsidet. Tarentum et Ariminum capit. Iustinianus mutat consilium. Veri clades.* (37.) *Sclaveni Istrum Hebrumque traiiciunt: Romanas copias profligant: in Asbadem saeviunt: Toperum urbem expugnant. Ingens eorum crudelitas.* (38.) *Gotthi castellum Rheginum urgent et capiunt. Totilas Siciliam vastat. Imperator classi Liberium praeficit, deinde Artabanem. Dat bellum Germano. Germani animus et apparatus. Romanorum alacritas. Diogenes Centumcellas dedere renuit.* (39.) *Sclavenorum irruptio. Terret eos Germani nomen, victoris olim Antarum. Germani obitus et encomium. Imperator Ioannem et Iustinianum copiis praeficit. Liberius Syracusas appellit. Artabanes tempestate iactatur. Gotthi Sicilia excedunt, Spini suasu. Sclavenorum incursio. Romanorum clades, ac deinde victoria.* (40.)

α'. Οὕτω μὲν Βελισάριος, ἔτι τῶν πραγμάτων ᾐωρημένων, ξύν τε Οὐιτίγιδι, καὶ Γότθων τοῖς δοκίμοις καὶ τοῖς Ἰλδιβάδου P 466 παισὶ τὰ χρήματα πάντα ἐπαγόμενος ἐς Βυζάντιον ἧκε, καὶ οἱ Ἰλδιγέρ τε καὶ Βαλεριανὸς καὶ Μαρτῖνος ξὺν Ἡρωδιανῷ εἵποντο μόνοι. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς Οὐίτιγιν μὲν ξὺν τῇ γυναικὶ ἀσμένως εἶδε, καὶ τῶν βαρβάρων τὸν ὅμιλον κάλλους τε σώματος καὶ μεγέθους πέρι ἐθαύμασε. τὸν δὲ Θευδερίχου πλοῦτον ἀξιοθέατον ὄντα δεξάμενος ἐν παλατίῳ τοῖς μὲν ἐκ βουλῆς ἐν παραβύστῳ θέαμα προὔθηκεν, ἐπὶ τῷ ὄγκῳ τῶν πεπραγμένων φιλοτιμούμενος, οὔτε δὲ ἐς τὸν δῆμον ἐξήνεγκεν οὔτε τὸν θρίαμ- B βον Βελισαρίῳ παρέσχετο, ὥσπερ ὅτε Γελίμερά τε καὶ Βανδίλους νενικηκὼς ἦλθε. πᾶσι μέντοι ἐν διηγήμασι Βελισάριος ἦν, νίκας τε δύο ἀναδησάμενος, οἵας οὔπω πρότερον ἀνθρώπων οὐδενὶ διαπεπρᾶχθαι ξυνέπεσε, καὶ βασιλεῖς μὲν ἀγαγὼν αἰχμαλώτους ἐς Βυζάντιον δύο, Γιζερίχου δὲ καὶ Θευδερίχου τό τε γένος καὶ τὰ χρήματα λάφυρον Ῥωμαίοις παρὰ δόξαν πεποιημένος, ὧν δὴ ἐπιφανέστερος ἔν γε βαρβάροις οὐδεὶς πώποτε γεγονὼς ἔτυχε, καὶ τὸν μὲν πλοῦτον ἐκ τῶν πολεμίων αὖθις ἐς τὴν πολιτείαν ἀποκομίσας, γῆς τε καὶ θαλάσσης τὴν ἡμίσειαν μάλιστα μοῖραν τῇ βασιλείᾳ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ἀνασωσάμενος. ἦν τε Βυζαντίοις C πρὸς ἡδονῆς Βελισάριον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἐκ τῆς

1. Ita Belisarius, rebus adhuc suspensis, Vitigim, Gotthorum proceres, Ildibadi liberos, regiasque opes omnes Byzantium deportavit, nemine Ducum ipsum comitante praeter Ildigerem, Valerianum, Martinum et Herodianum. Vitigim cum uxore laetis placidisque aspexit oculis Iustinianus Augustus, et Barbarorum agmen, corporis forma ac mole praestantium, miratus est. Postquam Theoderici gazam, spectatu sane dignam, in Palatium accepit, Senatui quidem contemplandam proposuit apud se, rerum gestarum magnitudine glorians: at neque illam exhibuit multitudini, nec triumphum Belisario decrevit, uti fecerat, cum ille ex Africa rediit, Gelimeris et Vandalorum victor. Nihilominus tamen in ore omnium vigebat Belisarius, duas adeptus victorias, quales nemo unquam antea retulisset: quippe qui captivos Reges duos advexisset Byzantium: praeter opinionem in Romanorum manus adduxisset progeniem ac thesauros Gizerici et Theoderici, quibus Regibus inter Barbaros nemo unquam fuit illustrior: receptas ex hostibus divitias Reip. restituisset: atque exiguo tempore dimidiam fere et terrae et maris partem Imperio recuperasset. Byzantii civibus iucundum quotidie praebebat spectaculum Belisarius, si-

οἰκίας προϊόντα ἰδεῖν, ἢ ἐς αὐτὴν ἐπανήκοντα, κόρον τε αὐτῶν τοῦ θεάματος τούτου οὐδεὶς ἔλαβε. πομπῇ γὰρ αὐτοῦ ἰσχυροτάτῃ ἡ πρόοδος ἐῴκει, ἐπεὶ οἱ Βανδίλων τε πλῆθος καὶ Γότθων τε καὶ Μαυρουσίων ἀεὶ εἵπετο. ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα καλός τε καὶ μέγας καὶ εὐπρόσωπος πάντων μάλιστα. οὕτω δὲ εὐπρόσοδόν τε καὶ πρᾷον παρεῖχεν ἑαυτὸν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὥστε ἀνθρώπῳ V 111 πένητί τε λίαν καὶ ἀδόξῳ ἐμφερὴς εἶναι. ἔρως δὲ αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς πρός τε στρατιωτῶν ἀεὶ καὶ ἀγροίκων ἄμαχός τις ἐγένετο, ὅτι δὴ ἐς μὲν τοὺς στρατιώτας φιλοδωρότατος ἐγεγόνει ἀνθρώπων ἁπάντων, (τῶν τε γὰρ ἐν ξυμβολῇ ἠτυχηκότων χρήμασι D μεγάλοις παρεμυθεῖτο τὰ πρότερον τραύματα καὶ τοῖς εὐδοκιμήσασι ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς ἔχειν ἆθλα παρεῖχεν, ἵππου δὲ ἢ τόξου ἢ ἄλλου ὁτουοῦν στρατιώτῃ ἐν τῇ μάχῃ ἀπολωλότος ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ πρὸς Βελισαρίου αὐτίκα ὑπῆρχεν) ἐς δὲ τοὺς ἀγροίκους, ὅτι δὴ τοσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτῶν οὐδένα πώποτε στρατηγοῦντος Βελισαρίου τετύχηκε, πλουτεῖν δὲ παρὰ δόξαν ξυνέβαινε πᾶσιν οἷς ἂν αὐτὸς ἐπιδημοίη στρατιᾶς πλήθει. ἀπεδίδοντο γὰρ αὐτοῖς κατὰ γνώμην τὰ ὤνια πάντα. καὶ ἡνίκα μὲν ἀκμάζοι τὰ λήια, ἐς τὸ ἀκρι- P 467 βὲς διεφύλασσε μή τινι παριοῦσα ἡ ἵππος λυμήνηται. τῶν δὲ

2. αὐτοῦ om. L. 7. ἐμφερὴς Suidas s. v. Βελισάριος. Vulgo ἐμφερῆ. 8. ἀρχῆς] ἀρετῆς Scaliger. Frustra. 11. πρότερον om. Suidas. 12. ψέλια Suidas. Vulgo ψέλλια. ibid. παρεῖχεν] παρείχετο Suidas. 13. στρατιώτῃ] στρατιώτου Suidas. ibid. ἕτερον] ἕτερος Suidas. 16. αὐτῶν οὐδένα] αὐτοὺς οὐδὲν Suidas. 20. παριοῦσα Maltretus cum Suida. Libri παροῦσα.

ve in forum prodiret domo, sive domum rediret; nec videndi satietas quemquam capiebat. Nam illius in publicum egressus pompae erat magnificentissimae similis, cum ingens Vandalorum, Gotthorum ac Maurorum caterva ipsum usque comitaretur. Decoro erat ac procero corpore, et oris dignitate omnes superabat. Obviis adeo facilem se et benignum praebebat, ut homo tenuissimae fortunae sortisque infimae esse videretur. Eius imperium milites et agricolae magno semper opere amarunt. Milites quidem, quod ipsum experirentur mortalium omnium munificentissimum. Nam qui in praelio male accepti fuerant, illis grandi pecunia vulnerum acerbitatem levabat: qui facinus praeclarum ediderant, his armillas et torques in praemium dabat. Si cui militi in certamine vel equus, vel arcus, vel aliud quidpiam periisset, continuo re simili Belisarius iacturam sarciebat. Amabant vero imperium eius agricolae, propterea quod ita illis parcebat consulebatque, ut eorum nemini vis unquam illata fuerit, ducente exercitus Belisario. Immo vero omnes, apud quos cum copiis versabatur, insperantes ditabat. Nam venalia quaelibet quo volebant pretio illis divendebant, et cum segetes adolescerent, sedulam dabat operam, ne transiens equitatus, noxam illis uspiam faceret. Pen-

ὡραίων ἐν τοῖς δένδροις ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τὸ παρά-
παν ἐξουσία ἐγίνετο. καὶ μὴν καὶ σωφροσύνης ὑπερφυῶς μετε-
ποιεῖτο. οὐδὲ γὰρ οὖν οὐδὲ ἄλλης ὅτι μὴ τῆς γεγαμημένης γυ-
ναικὸς ἥψατο. αἰχμαλώτους οὖν ἔκ τε Βανδίλων καὶ Γότθων
H 259 ἑλὼν τοσαύτας τε τὸ πλῆθος καὶ τοιαύτας τὰ πρόσωπα, οἵας
οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων εἶδεν, οὔτε οἱ ἐς ὄψιν αὐτῶν τινα ἥκειν
οὔτε ἄλλως ἐντυχεῖν εἴασεν. ἦν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγ-
χίνους τε διαφερόντως καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις ἐπινοῆσαι τὰ βέλτιστα
B ἱκανώτατος. ἐν μέντοι κινδύνοις πολέμου εὔψυχός τε ἦν ξὺν τῷ
ἀσφαλεῖ καὶ ξὺν λογισμῷ εὐτολμότατος, ὀξύς τε καὶ μελλητὴς ἐν
τῇ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀεὶ ἐγχειρήσει, κατὰ τὴν χρείαν ἑκάτερον.
ἄνευ δὲ τούτων ἐν μὲν τοῖς δεινοῖς εὔελπίν τε τὴν διάνοιαν καὶ
ταραχῆς παρείχετο κρείσσω, εὐημερῶν δὲ οὔτε ἐπῇρτο οὔτε ἐτρύ-
φα· μεθύοντα γοῦν Βελισάριον οὐδείς ποτε εἶδεν. ὅσον μὲν οὖν
χρόνον τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἔν τε Λιβύῃ καὶ Ἰταλίᾳ προΐστη,
νικῶν τε διετέλει καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ κτώμενος. ἐπεὶ δὲ ἐς Βυ-
ζάντιον μετάπεμπτος ἦλθεν, ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον αὐτοῦ ἡ
C ἀρετὴ ἐπὶ πλεῖστον ἐγνώσθη. αὐτός τε γὰρ πάσῃ ἀρετῇ προὔ-
χων καὶ πλούτου μὲν πολλοῦ ἐξουσίᾳ, δυνάμει δὲ ὑπασπιστῶν τε
καὶ δορυφόρων τοὺς πώποτε στρατηγοὺς ὑπεραίρων, φοβερὸς,
ὡς τὸ εἰκὸς, ἄρχουσί τε πᾶσι καὶ στρατιώταις ἐγένετο. ἀντιτεί-
νειν τε γὰρ ἐπιτάττοντος, οἶμαι, ἐτόλμα οὐδεὶς, ἐπιτελῆ τε

1. ἅψασθαι] ἅψεσθαι L. 7. οὔτε ἄλλως] Vulgo οὐδὲ ἄλλως.
10. εὐτολμότατος] ἐντολμώτατος H.

dentes ab arboribus fructus nemini contingere licebat. Praeterea vir erat singulari praeditus continentia. Nullam enim feminam, praeter uxorem, attigit: et cum Vandalas Gotthasque bello cepisset mulieres tot numero, tamque oris specie praecellentes, ut nemo pares viderit, earum nullam in conspectum suum, nedum in congressum venire sivit. Cum in aliis rebus omnibus solertissimus erat, tum in dubiis viam inire optimam apprime callebat. Inter belli discrimina caute strenuus et prudenter animosissimus, ac si quid in hostem aggrederetur, promptus idem et cunctator, prout alterutro opus erat, solebat esse. Ad haec, in adversis rebus fidentem et imperturbatum animum ostendebat: in prosperis non efferebatur superbia, neque indulgebat genio. Certe vino madentem nemo unquam Belisarium vidit. Quandiu Romanis copiis in Africa Italiaque praefuerat, obvia quaeque occupaverat continenti victoria. Postquam Byzantium accitus rediit, multo clarius quam ante, quantum polleret, innotuit. Nam cum emineret virtutis cumulo, et Magistros militiae, quotquot unquam fuissent, non opibus modo, sed Praetorianorum etiam hastatorum ac Scutariorum numeroso praesidio superaret; Ducibus aeque omnibus ac militibus merito formidabilis erat. Ac, nisi fallor, si quis imperanti ipsi voluisset obsistere, non ausus esset. Mandata eius omnia

πράσσειν ὅσα ἐπιτάττοι οὐδαμοῦ ἀπηξίουν, τήν τε ἀρετὴν αἰσχυνόμενοι καὶ δεδιότες τὴν δύναμιν. ἑπτακισχιλίους γὰρ ἱππέας ἐκ τῆς οἰκίας παρείχετο· ὧν δὴ ἀπόβλητος μὲν οὐδεὶς ἐγεγόνει, αὐτῶν δὲ ἕκαστος πρῶτός τε ἐν τῇ παρατάξει ἑστάναι καὶ προκαλεῖσθαι τοὺς τῶν πολεμίων ἀρίστους ἠξίουν. Ῥωμαίων τε οἱ πρεσβύτεροι, ἡνίκα πρὸς Γότθων πολιορκούμενοι τὰ ποιούμενα ἐν ταῖς τοῦ πολέμου ξυμβολαῖς ἔβλεπον, ἐν θαύματι μεγάλῳ D ποιούμενοι ἀνεφθέγγοντο ὡς οἰκία μία τὴν Θευδερίχου δύναμιν καταλύει. Βελισάριος μὲν οὖν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ, ὥσπερ ἐρρήθη, δυνατὸς γεγονὼς τά τε ξυνοίσοντα τοῖς βασιλέως πράγμασιν ἐβουλεύετο καὶ τὰ δεδογμένα ἔπρασσεν ἀεὶ αὐτονόμῳ γνώμῃ.

Οἱ δὲ ἄλλοι ἄρχοντες, ἴσοι μᾶλλον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ κέρδη οἰκεῖα ἐν νῷ ἔχοντες διαπράττεσθαι, τούς τε Ῥωμαίους ληίζεσθαί τε καὶ τοῖς στρατιώταις ἐνδιδόναι τοὺς κατηκόους ἀδικεῖν ἤδη ἤρξαντο, καὶ οὐδὲ αὐτοῖς ἐφρόνουν τὰ δέοντα, ἔτι δὲ οὐδὲ τοὺς στρατιώτας τῶν παραγγελλομένων P 468 ἐπακούοντας εἶχον. διὸ δὴ πολλά τε αὐτοῖς ἡμαρτήθη καὶ τὰ πράγματα διεφθάρη Ῥωμαίοις ξύμπαντα ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ. ἅπερ ἐγὼ ὅτῳ δὴ τρόπῳ ἐρῶν ἔρχομαι.

Ἐπειδὴ Βελισάριον ἐκ Ῥαβέννης ἀναστάντα ὁδῷ ἰέναι Ἰλδίβαδος ἐπύθετο, τούς τε βαρβάρους ξυνῆγεν ἀμφ' αὑτὸν ἅπαντας καὶ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν ὅσοις νεώτερα πράγματα ἤρε- V 112 σκε. καὶ τῆς μὲν ἀρχῆς ὡς μάλιστα ἐπεμελεῖτο, ἀνασώσασθαι

4. αὐτῶν δὲ] Vulgo αὐτῶν τε.

omnes peragebant, ducti virtutis reverentia ac potentiae metu. Etenim ex suo septem educebat equitum millia: quorum nullus reiectaneus erat, at eorum quisque id ambiebat, ut staret primus in acie, et fortissimos hostium provocaret. Romani seniores, cum a Gotthis obsessi, quae fierent in conflictibus bellicis, spectarent, demirantes dicebant, Theoderici potentiam everti domus unius vi. Itaque Belisarius et auctoritate et consilio, ut dictum est, pollens, quae e re erant Imperatoris decernebat animo, et quae proposuerat, suo semper arbitratu exequebatur.

Caeteri vero Duces, cum inter se pares essent, et omnia ad privatam utilitatem referrent, Romanos iam expilare, et militum iniuriis permittere coeperant. Ac nec sibi satis consulere sciebant, nec milites habebant dicto audientes. Quare ab illis saepe peccatum est, resque omnis Romana brevi tempore pessum abiit: quod uti factum sit, hic narrabo.

Ubi profectum Ravenna Belisarium, pelago provehi Ildibadus comperit, ad se omnes collegit Barbaros, ac Romanos milites, quibus rerum placebat novitas. Firmandae dominationi curam adhibebat maximam, et

δὲ Γότθων τῷ γένει τὸ Ἰταλιωτῶν κράτος ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο.
B κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν οὐ πλέον ἢ χίλιοι αὐτῷ εἵποντο καὶ πόλιν μίαν Τίκινον εἶχον, κατὰ βραχὺ δὲ προσεχώρησαν αὐτῷ ἅπαντες ὅσοι ἐν τῇ Λιγουρίᾳ καὶ Βενετίαις ἦσαν. ἦν δὲ Ἀλέξανδρός τις ἐν Βυζαντίῳ τοῖς δημοσίοις ἐφεστὼς λογισμοῖς· λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. οὗτος ἀεὶ τοῖς στρατιώταις τὴν εἰς τὸ δημόσιον ἐπεκάλει ζημίαν. τοιούτων δὴ ἀδικημάτων αὐτοὺς δίκῃ ὑπάγων, αὐτὸς μὲν ἔνδοξος ἐξ ἀδόξων ταχὺ γέγονεν, ἐκ πενήτων ἀτεχνῶς πλούσιος, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ χρήματα μεγάλα, εἴπερ τις ἄλλος, ἐπράξατο, τοὺς δὲ στρατιώτας ὀλίγους τε καὶ πτωχοὺς εἶναι καὶ ὀκνηρῶς ἐς τοὺς κινδύνους ἔχειν αἰτιώτατος ἐγένετο ἀνθρώπων ἁπάντων. Βυζάντιοι
C δὲ αὐτὸν καὶ ψαλίδιον ἐπίκλησιν ἐκάλουν, ὅτι δὴ αὐτῷ ῥᾴδιον ἦν ἀποτεμνομένῳ κύκλῳ τὸ χρυσοῦν νόμισμα ἔλασσον μὲν αὐτὸ ἐς ὅσον βούλοιτο ἐξεργάζεσθαι, φυλάσσειν δὲ καὶ ὡς τὸ κυκλοτερὲς σχῆμα ἐφ᾽ οὗπερ τὸ πρότερον ἦν. ψαλίδιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι τὸ ὄργανον, ᾧ ταῦτά τις ἐργάζεται. τοῦτον βασιλεὺς τὸν Ἀλέξανδρον, ἐπειδὴ Βελισάριον μετεπέμψατο, ἐς Ἰταλίαν πέμπει. ὁ δὲ γεγονὼς ἐν Ῥαβέννῃ λογισμοὺς προὔθηκε λόγον οὐκ ἔχοντας. τοὺς μὲν γὰρ Ἰταλιώτας οὔτε τῶν βασιλέως ἁψαμένους χρημάτων οὔτε τινὰς αὐτῶν εἰς τὸ δημόσιον ὑπουργήσαντας ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐκάλει, τὴν ἐς Θευδέριχον καὶ τοὺς ἄλλους Γότθων

3. Τίκινον] πιγκηνῶν HL. 7. δὴ L. δὲ P. 8. αὐτὸς] καὶ αὐτὸς L. 20. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδέ.

ad recuperandum Gotthis regnum Italiae studium omne conferebat. Principio non amplius mille eum sequebantur, unamque admodum urbem Ticinum habebant. Deinde, quicunque in Liguria et in agro erant Veneto, paulatim ad illum sese applicuerunt. Byzantii Alexander quidam erat Logotheta: quo Graeco vocabulo eum Romani designant, qui rationibus publicis praefectus est. Hic damni publico illati insimulare milites non cessabat: qua criminandi arte ex humili loco ad honorum gradus, atque ex egestate ad summas opes brevi pervenit. Ac si quis alius, is certe magnas paravit Imperatori pecunias, effecitque unus omnium maxime, ut ad paucos et mendicos redacti milites, nihil haberent animi ad subeunda belli discrimina. Ipsum Byzantii cognomento Forficulae idcirco affecerunt, quod nummum aureum tam dextere circumcideret, ut eo, quantum vellet, curtato, orbem vel sic servaret, quo erat antea circumscriptus. Forficulam enim vocant instrumentum illud quo quis id efficit. Alexandrum hunc Imperator, posteaquam revocavit Belisarium, in Italiam misit. Is vero Ravennam delatus, rationes falsas instituit. Nam ab Italis, qui nec pecuniam regiam contigerant, neque ullam aerario navarant operam, rationes repoposcit, admissi in Theodericum aliosque Gotthorum

ἄρχοντας ἀδικίαν ἐπικαλῶν, ἀναγκάζων τε ἀποτιννύναι, εἴ τι ἐκείνους ἐξαπατήσαντες, ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκεν, ἐσύλησαν ἢ [D] ἐκέρδαναν. τῶν δὲ στρατιωτῶν τά τε τραύματα καὶ τοὺς κινδύνους τῇ τῶν λογισμῶν σμικρολογίᾳ παρὰ δόξαν ἠμείβετο. διὸ δὴ οἵ τε Ἰταλιῶται Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ δύσνοι ἐγένοντο καὶ τῶν στρατιωτῶν οὐδεὶς ἔτι ἐς κίνδυνον πολέμου καθίστασθαι ἤθελεν, [H 260] ἀλλ' ἐθελοκακοῦντες ἐπὶ μέγα χωρεῖν ἐποίουν ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τὰ πράγματα. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἄρχοντες διὰ ταῦτα ἡσυχῇ ἔμενον, Βιτάλιος δὲ μόνος (ἔτυχε γὰρ ἐν Βενετίοις ἄλλο τε πλῆθος στρατιᾶς ἔχων καὶ βαρβάρων Ἐρούλων πολύν τινα ὅμιλον) διὰ μάχης ἐλθεῖν Ἰλδιβάδῳ ἐτόλμησε, δείσας, ὅπερ ἐγένετο, μὴ ἐπὶ [P 469] μέγα δυνάμεως χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ αὐτὸν ἥκοντα οὐκέτι ἀναστέλλειν οἷοί τε ὦσι. μάχης δὲ καρτερᾶς ἀμφὶ Ταρβίσιον γενομένης Βιτάλιος παρὰ πολὺ ἡσσηθεὶς ἔφυγεν, ὀλίγους μέν τινας σώσας, τοὺς δὲ πολλοὺς αὐτοῦ ἀπολέσας. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Ἔρουλοί τε πολλοὶ πίπτουσι καὶ Οὐίσανδος ὁ τῶν Ἐρούλων ἀρχηγὸς θνήσκει. Θευδιμοῦνδος δὲ ὁ Μαυρικίου τοῦ Μούνδου υἱός, μειράκιον ὢν ἔτι, ἐς κίνδυνον μὲν θανάτου ἦλθεν, ὅμως δὲ ξὺν Βιταλίῳ διέφυγεν. Ἰλδιβάδου τε ὄνομα ἐκ τοῦ ἔργου τούτου παρά τε βασιλέα ἦλθε καὶ πάντας ἀνθρώπους.

Ὕστερον δὲ Οὐραΐαν Ἰλδιβάδῳ προσκεκρουκέναι ξυνέπεσεν [B] ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. ἦν τῷ Οὐραΐᾳ γυνὴ πλούτῳ τε καὶ σώματος κάλλει τὰ πρωτεῖα φερομένη ἐν τούτοις δὴ τοῖς βαρβάροις

2. ἐξαπατήσαντες P cum Vat. ἐξαπαιτήσαντες HL. 13. Ταρβίσιον] Vulgo Ταρβήσιον.

Reges peculatus accersens, et cogens persolvere, quidquid per fraudem, ut ipse dicebat, illis suppilatum, in rem suam convertissent. Vulnera militum aditaque pericula non aliter pensabat, quam cum ipsis, sua falsis expectatione, stipendiorum calculos ponendo sordide. Itaque a Iustiniano Aug. Italorum animos alienavit. Nec iam militum quisquam belli aleam subire volebat: sed hostium res plurimum promovebant ignavia voluntaria. Quocirca Duces nihil movebant, excepto Vitalio; qui cum in agro Veneto, praeter alias copias, multos secum haberet Erulos, ausus est cum Ildibado pugnare, veritus ne is postmodum, quod et contigit, magnas adeptus vires, non posset amplius reprimi. Acerrimo ad urbem Tarvisium facto praelio, Vitalius insigniter victus aufugit, servatis suorum paucis, pluribus amissis ibi. In hoc certamine luculenta fuit Erulorum clades, qua involutus est ipsorum Princeps Visandus. Theudimundus, Mauricii, qui Mundum patrem habuit, filius, adhuc adolescentulus, in extremum discrimen venit: elapsus tamen est cum Vitalio. Ea victoria nomen Ildibadi Imperatori atque omnibus longe ac late notuit.

Deinde in Ildibadi offensionem Uraias ex hoc incurrit. Erat Uraiae coniux inter hos Barbaros cum divitiis, tum corporis forma omnium fa-

πασῶν μάλιστα. αὕτη ἐς τὸ βαλανεῖον κατῆλθέ ποτε, κόσμου τε περιβεβλημένη πολύ τι χρῆμα καὶ θεραπείαν ἐπαγομένη λόγου πολλοῦ ἀξίαν. τήν τε Ἰλδιβάδου γυναῖκα ἐν ἱματίοις λιτοῖς ἐνταῦθα ἰδοῦσα, ὡς ξυνοικοῦσαν βασιλεῖ οὔτε προσεκύνησεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ὑπεριδοῦσα ἐς αὐτὴν ὕβρισεν. ἔτι γὰρ Ἰλδίβαδος πενίᾳ ξυνῆν ὡς ἥκιστα βασιλικοῖς ἐντυχὼν χρήμασι. περιαλγὴς δὲ C γενομένη τῆς ὕβρεως τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ Ἰλδιβάδου γυνή, παρά τε τὸν ἄνδρα δεδακρυμένη ἦλθε καί οἱ ἀμῦναι τὰ ἀνήκεστα πρὸς τῆς Οὐραΐου γυναικὸς παθούσῃ ἠξίου. διὸ δὴ τὰ μὲν πρῶτα Ἰλδίβαδος Οὐραΐαν ἐς τοὺς βαρβάρους διέβαλεν, ὡς δὴ ἐς τοὺς πολεμίους αὐτομολεῖν μέλλει, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον δόλῳ ἔκτεινε καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὸ τῶν Γότθων ἔχθος ἐνέπεσε. βουλομένοις γὰρ V 113 αὐτοῖς ὡς ἥκιστα ἦν οὕτως ἀνεπισκέπτως Οὐραΐαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. πολλοί τε ἤδη ἐν σφίσιν αὐτοῖς ξυνιστάμενοι Ἰλδιβάδῳ ἅτε ἀνόσια εἰργασμένῳ ἐλοιδοροῦντο. τίσασθαι μέντοι τούτου δὴ τοῦ φόνου αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελεν. ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς Οὐίλας, Γήπαις μὲν γένος, ἐς δὲ τὸ τῶν βασιλέως δορυφόρων D ἀξίωμα ἥκων. οὗτος ἀνήρ, μνηστὴρ γυναικὸς γεγονὼς εὐπρεποῦς τὴν ὄψιν, ἐξαίσιόν τινα ἔρωτα ἤρα, ἐσταλμένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐφ' ᾧ τινα ποιοίη ξὺν ἑτέροις τισὶν ἐπ' αὐτοὺς ἔφοδον, τὴν μνηστὴν ἑτέρῳ τῶν βαρβάρων τινὶ Ἰλδίβαδος, εἴτε ἀγνοίᾳ εἴτε τῳ ἄλλῳ ἠγμένος, ξυνῴκισεν. ὡς δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐπανήκων Οὐίλας ἤκουσε, θυμοειδὴς ὢν φύσει,

11. μέλλει] μέλλοι L corr. 12. ἐνέπεσε L. Vulgo ἐπέπεσε.

cile princeps. Aliquando ad balneum processit, mundo ornata splendidissimo, et ingenti famulantium agmine stipata. Ibi uxorem Ildibadi conspicata, vilibus indutam vestibus, non demisse, ut regiam coniugem, salutavit, at superbius despectam, affecit contumelia. Et vero res domi angusta adhuc erat Ildibado, utpote cui opes regiae non obtigerant. Indignitatem iniuriae non ferens uxor Ildibadi, dolore exarsit: mox virum adit lacrimans, rogatque ut sibi ab Uraiae coniuge indignissimis modis habitae ultor adsit. Quare Ildibadus Uraiam primo apud Barbaros criminatus transfugium ad hostes parare, paulo post dolo occidit. Hinc Gotthorum collegit odium, aegre ferentium, tam inconsiderate e medio sublatum Uraiam. Iamque inter se multi coitione facta admissum scelus exprobrabant Ildibado: nemo tamen caedis huius poenas ab ipso petere volebat. Erat in eorum numero Vilas, natione Gepaes, Protectoribus Regis ascriptus, et sponsus feminae formosae, cuius amore deperibat. Illo adversus hostes profecto, ut in eos cum aliis nonnullis incursionem aliquam faceret, sponsam Ildibadus cum alio quodam Barbaro, sive per imprudentiam, sive alia ex causa, matrimonio iunxit. Reversus e castris Vilas, ubi haec audiit, ut erat natura fervidus, factum in-

τὴν ἐκ τοῦ ἔργου ὕβριν οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ αὐτίκα κτεῖναι Ἰλδίβαδον ἔγνω, χαριεῖσθαι Γότθοις ἅπασι ταύτῃ οἰόμενος. καί ποτε αὐτὸν Γότθων ἑστιῶντι τηρήσας τοὺς ἀρίστους τῇ ἐπιβουλῇ ἐνεχείρησεν. ἀριστῶντα γὰρ τὸν βασιλέα πολλούς τε ἄλλους P 470 καὶ τοὺς δορυφόρους παρίστασθαι νόμος. ὁ μὲν οὖν τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν ἐς τὰ βρώματα ἐπὶ τῆς στιβάδος πρηνὴς ἔκειτο, Οὐίλας δὲ αὐτοῦ ἄφνω τῷ ξίφει τὸν τράχηλον παίει. ὥστε, τῶν βρωμάτων ἔτι ἐχομένων ἐν τοῖς τοῦ ἀνθρώπου δακτύλοις, ἡ κεφαλὴ εἰς τὴν τράπεζαν καταρραγεῖσα ἐξέπληξέ τε καὶ ἐς θάμβος τι μέγα τοὺς παρόντας ἤνεγκεν ἅπαντας. αὕτη τίσις Ἰλδίβαδον περιῆλθε τοῦ Οὐραΐα φόνου. καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ ἕκτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

β΄. Ἐράριχος δὲ ἦν τις ἐν τῷ Γότθων στρατῷ Ῥογὸς μὲν B γένος, δύναμιν δὲ περιβεβλημένος ἐν τούτοις δὴ τοῖς βαρβάροις μεγάλην. οἱ δὲ Ῥογοὶ οὗτοι ἔθνος μέν εἰσι Γοτθικόν, αὐτόνομοί τε τὸ παλαιὸν ἐβίων. Θευδερίχου δὲ αὐτοὺς τὸ κατ' ἀρχὰς προσεταιρισαμένου ξὺν ἄλλοις τισὶν ἔθνεσιν, ἔς τε τὸ γένος ἀπεκέκριντο καὶ ξὺν αὐτοῖς ἐς τοὺς πολεμίους ἅπαντα ἔπρασσον. γυναιξὶ μέντοι ὡς ἥκιστα ἐπιμιγνύμενοι ἀλλοτρίαις, ἀκραιφνέσι παίδων διαδοχαῖς τὸ τοῦ ἔθνους ὄνομα ἐν σφίσιν αὐτοῖς διεσώσαντο. τοῦτον τὸν Ἐράριχον, ἐπεὶ ἐς ταραχὴν ἐπὶ τῷ Ἰλδιβάδου φόνῳ καθειστήκει τὰ πράγματα, βασιλέα ἐκ τοῦ αἰφνιδίου C

2. Γότθοις ἅπασι] γότθους ἅπαντας L a pr. m. 4. ἀριστῶντα γὰρ τὸν βασιλέα] ἀριστῶντι γὰρ τῷ βασιλεῖ Scaliger. 6. ἐς] εἰς L.

dignum minime tulit: sed statim cum animo constituit Ildibadum interimere, rem se facturum ratus Gotthis universis gratissimam. Cogitatum facinus aggressus est die quodam, quo apparebat Ildibado cum Gotthorum Proceribus epulanti. Etenim prandenti Regi cum alii multi astare solent, tum Protectores. Ergo ille manu dapibus admota, toro pronus incumbebat, cum Vilas repente gladio cervicem eius percussit, ita ut cibum tenentibus adhuc digitis, demessum lapsumque in mensam caput, omnes, qui aderant, magno stupore defixerit. Sic demum Ildibadus Uraiae necem luit, hiemisque exitus annum sextum clausit istius belli, quod Procopius stilo prosecutus est.

2. Quidam erat in Gotthorum exercitu Erarieus, natione Rugus, inter hos Barbaros praepotens. Rugi autem, gens Gotthica, suis olim vivebant legibus. Aggregati vero cum nonnullis aliis populis ad Theodericum ipsius regni primordio, in unum corpus coaluerunt, atque ex eo rem bellicam in commune semper tractarunt. Vitatis tamen mulierum alienarum connubiis, nationis suae nomen pura subolis successione apud se conservarunt. Ildibadi nece turbatis rebus, Eraricum hunc Rugi declararunt subito Regem. Quod adeo non Gotthis placuit, ut plercsque

οἱ Ῥογοὶ ἀνεῖπον. ὅπερ τοῖς Γότθοις οὐδαμῶς ἤρεσκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὴν οἱ πλεῖστοι ἀθυμίαν κατέστησαν, ἅτε τῶν ἐλπίδων σφίσι διεφθαρμένων, ἅσπερ ἐπὶ τῷ Ἰλδιβάδῳ τὰ πρότερα ἔσχον· ὃς δὴ τήν τε ἀρχὴν καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας κράτος Γότθοις ἀνασώσα-
H 261 σθαι ἱκανὸς ἦν. Ἐράριχος μέντοι οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἔδρασε· μῆνας γὰρ πέντε ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησε τρόπῳ τοιῷδε. Τωτίλας ἦν τις, Ἰλδιβάδου ἀνεψιὸς, ἐπὶ πλεῖστον ξυνέσεως ἥκων καὶ τὸ δραστήριον ὡς μάλιστα ἔχων καὶ λόγου ἐν Γότθοις πολλοῦ ἄξιος. οὗτος ὁ Τωτίλας Γότθων μὲν τηνικαῦτα τῶν ἐν Ταρβι-
D σίῳ ἄρχων ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι Ἰλδίβαδον οὗτος, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐπύθετο, πέμψας πρὸς Κωνσταντιανὸν ἐς Ῥάβενναν, τὰ πιστά οἱ δοθῆναι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ᾐτεῖτο, ἐφ' ᾧ αὐτόν τε καὶ Γότθους, ὧν ἦρχε, ξὺν Ταρβισίῳ παραδώσει Ῥωμαίοις. ἅπερ Κωνσταντιανὸς ἀσμένως ἀκούσας ὤμοσεν ἅπαντα ὅσα Τωτίλας ᾔτησε, ταχτή τε ἡμέρα εἰς τὸ ἔργον ἀμφοτέροις ξυνέκειτο, ἐν ᾗ ἔμελλε Τωτίλας τε καὶ Γότθοι οἱ ἐν Ταρβισίῳ φρουρὰν ἔχοντες δέξασθαί τε τῇ πόλει τινὰ τῶν
P 471 Κωνσταντιανῷ ἐπιτηδείων καὶ σφᾶς γε αὐτοὺς ξὺν αὐτῇ ἐγχειρίσαι.

Ἤδη δὲ οἱ Γότθοι τῇ Ἐραρίχου ἀρχῇ ἤχθοντο, οὐκ ἀξιόχρεων τὸν ἄνδρα ὁρῶντες τὸν πόλεμον πρὸς Ῥωμαίους διενεγκεῖν,
V 114 καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς οἱ πλεῖστοι ἐκάκιζον, ἅτε μεγάλων ἔργων ἐμπόδιον γεγονότα σφίσιν, ὅτι δὴ ἐκποδὼν Ἰλδίβαδον πε-

7. „Τωτίλας] τουτίλλας Vat. constanter. τουτίλας Reg." Malt. 9. ταρβισίῳ Reg. Ταρβησίῳ P hic et bis deinceps. 23. ὅτι] ἐξ ὅτου Pm.

coniecerit in moerorem gravissimum; quasi iam nihil restaret spei, oblatae antea ab Ildibado; qui Gotthos in dominatum regnumque Italiae restituere poterat. Porro Eraricus nihil egit memoria dignum: et cum in regno menses vixisset quinque, sic mortem obiit. Totilas quidam erat Ildibadi ex fratre nepos, quem eximia prudentia et navitas singularis Gotthis commendabant plurimum. Hic tunc temporis Gotthis, qui erant Tarvisii, praefectus, audita, de qua diximus, Ildibadi caede, Ravennam ad Constantianum misit, qui incolumitatis fidem sibi peterent, pollicenti se et Gotthos, quibus praeesset, in Romanorum ius ac potestatem cum urbe Tarvisio concessuros. Constantianus, his libenter auditis, postulata omnia Totilae rata habuit interposito iureiurando. Constituerunt inter se diem, qua Totilas et Gotthi, qui Tarvisium praesidio tenebant, quemdam ex amicis Constantiani in urbem acciperent, et cum ea se ipsi dederent.

Iam vero Gotthis grave erat imperium Erarici, quem bello cum Romanis gerendo videbant imparem: ac plurimi convitiis eius os verberabant, quod magnis ipsorum coeptis obstitisset, ab Ildibadi obitu. Deni-

ποιήκασι. τέλος δὲ ξυμφρονήσαντες πέμπουσι παρὰ Τουτίλαν ἐς Ταρβίσιον, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρακαλοῦντες. πολὺν γὰρ ἤδη πόθον τῆς Ἰλδιβάδου ἀρχῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντες τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης B ἐπὶ Τουτίλαν τὸν ἐκείνου ξυγγενῆ ἔτρεπον, εὐέλπιδες ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ γενόμενοι τῷ βουλεύεσθαι ταῦτα. ὁ δὲ τοῖς παρ' αὐτὸν ἥκουσιν ἄντικρυς τὴν ἐς Ῥωμαίους ὁμολογίαν ἀποκαλύψας ἔφασκεν ὡς, ἢν Γότθοι Ἐράριχον τῆς κυρίας ἐντὸς κτείνουσιν, ἕψεταί τε αὐτοῖς καὶ πάντα ἐπιτελῆ ποιήσει ἢ αὐτοὶ βούλοιντο. ταῦτα ἐπεὶ οἱ βάρβαροι ἤκουσαν, ἐπιβουλῆς ἐς τὴν ἐκείνου καταστροφὴν εἴχοντο. ταῦτα μὲν ἐν τῷ Γότθων στρατοπέδῳ ἐγίνοντο. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τῆς τῶν C πολεμίων ἀπολαύοντες ἀσχολίας οὔτε ξυνίσταντο οὔτε τι δρᾶν ἐς τοὺς βαρβάρους διενοοῦντο. Ἐράριχος δὲ Γότθους ἅπαντας ξυγκαλέσας βουλὴν προὔθετο πρέσβεις πρὸς Ἰουστινιανὸν βασιλέα πέμψαι, δεησομένους ἐφ' ᾧ εἰρήνην πρὸς αὐτοὺς θήσεται, ἐφ' οἷσπερ Οὐιτίγιδι τὰ πρότερα σπένδειν ἤθελεν· ὥστε τὰ ἐκτὸς Πάδου ποταμοῦ Γότθους ἔχοντας ἀπαλλάσσεσθαι Ἰταλίας τῆς ἄλλης. καὶ ἐπεὶ Γότθοι ταῦτα ἐπῄνεσαν, ἀπολέξας τινὰς τῶν οἳ ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτηδείων, πρέσβεις ἔπεμψεν ἄλλους τε καὶ Καβαλλάριον ὄνομα. οἱ δὲ πρὸς βασιλέα ταῦτα δῆθεν τῷ λόγῳ D πράξειν ἔμελλον ἅπερ μοι ἔμπροσθεν εἴρηται, λάθρα δὲ αὐτοῖς ἄλλο μηδὲν πρὸς βασιλέα πράσσειν ἐπέστελλε, πλήν γε δὴ ὅπως χρήματά τε αὐτὸς πολλὰ λήψεται καὶ ἐς πατρικίους ἀνάγραπτος

11. ἐν τῷ Pm. καὶ τῷ P. 12. οὔτε τι] οὐδέ τι P. 20. τῷ λόγῳ] ἐν τῷ λόγῳ L.

que de communi sententia Tarvisium mittunt, qui Totilam ad regnum invitent. Iam enim Regis Ildibadi desiderio flagrantes, in consanguineum ipsius Totilam victoriae spem convertebant, ac fore sperabant ut illi idem animus esset. At ille pactione, quam cum Romanis fecerat, sine ullis ambagibus patefacta iis, qui ad se venerant, promisit, si Gotthi Eraricum occiderent citra diem cum Romanis condictum, se ipsis assensurum, facturumque omnia uti vellent. Quae cum Barbari audiissent, Erarico perniciem machinari coeperunt. Dum haec in Gotthorum castris aguntur, interea Romanae copiae, hostium negotio securum otium nactae, nec coibant, nec inibant consilium patrandi quidquam in Barbaros. Eraricus vero, convocatis Gotthis omnibus, ad eos retulit de mittendis ad Iustinianum Aug. Oratoribus, qui pacem eadem conditione peterent, qua antea Vitigi concedere voluisset: nimirum ut Gotthi, retenta Transpadana regione, reliqua Italia cederent. Postquam assensi sunt Gotthi, Caballarium ille aliosque nonnullos, ex intimis delectos, Legatos misit, in speciem quidem de iis, quae proxime dixi, cum Imperatore acturos, clam autem iussos hoc unum cum eo transigere, ut ipse multa donatus pecu-

εἴη ἐφ' ᾧ Ἰταλίαν παραδοὺς ξύμπασαν τὸ τῆς ἀρχῆς κατάθοιτο σχῆμα. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἐπειδὴ ἐν Βυζαντίῳ ἐγένοντο, κατὰ ταῦτα ἔπρασσον. ἐν τούτῳ Γότθοι Ἐράριχον κτείνουσι δόλῳ. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ κατὰ τὰ ξυγκείμενα σφίσι τὴν ἀρχὴν Τωτίλας λαμβάνει.

P. 472 γ'. Ἐπεὶ δὲ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔμαθε ταῦτα, τά τε ἀμφὶ Ἐραρίχῳ ξυνενεχθέντα καὶ ὅτι Γότθοι Τωτίλαν σφίσιν ἐς τὴν ἀρχὴν κατεστήσαντο, κακίζων τε καὶ ἐρεσχελῶν τοὺς ἐνταῦθα τοῦ στρατοῦ ἄρχοντας οὐκέτι ἀνίη. διὸ δὴ φυλακτήρια καταστησάμενοι ἐν πόλει ἑκάστῃ Ἰωάννης τε ὁ Βιταλιανοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ Βέσσας καὶ Βιτάλιος καὶ οἱ ἄλλοι ξύμπαντες ἐς Ῥάβενναν ξυνελέγοντο, οὗ δὴ Κωνσταντιανὸς καὶ Ἀλέξανδρος, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην, διατριβὴν εἶχον. ἐπειδή τε ἅπαντες ξυνελέγησαν, ἔδοξε σφίσιν ἄμεινον εἶναι πρῶτον ἐπὶ Βερώνην, ἣ ἐν Βενετίαις ἐστὶ, στρατεύεσθαι, καὶ ἐπειδὰν αὐτήν τε καὶ Γότθους τοὺς ἐν-
B ταῦθα ἐξέλωσιν, οὕτω δὴ ἐπί τε Τωτίλαν καὶ Τικινοὺς ἰέναι. οὗτος μὲν οὖν ὁ Ῥωμαίων στρατὸς εἰς δισχιλίους τε καὶ μυρίους ξυνείλεκτο, ἄρχοντες δὲ αὐτῶν ἕνδεκα ἦσαν, ὧν οἱ πρῶτοι ἐτύγχανον Κωνσταντιανός τε καὶ Ἀλέξανδρος, οἳ καὶ εὐθὺ πόλεως Βερώνης ἐχώρουν. γενόμενοι δὲ αὐτῆς ἄγχιστα, ὅσον ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα, ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν τῷ ταύτης πεδίῳ. τούτου γὰρ πανταχόσε τοῦ χωρίου πεδία ἱππήλατά ἐστι, διήκοντα ἐς Μάντουαν πόλιν, ἥπερ διέχει πόλεως Βερώνης ἡμέρας ὁδόν.

9. ἀνίη Scaliger. Libri ἀνείη. 11. Βέσσας] Βέσας P. 14. Βερώνην] βερῶνα HL. 16. Τικινοὺς] τιγκηνοὺς HL. 18. ξυνείλεκτο] Legebatur ξυνείλετο.

nia et ascriptus Patriciis, Italiam omnem traderet, regnique insignia abdicaret. Quae quidem Legati, ubi fuere Byzantii, confecerunt: at hoc interim spatio Eraricum ex insidiis Gotthi perimunt, eoque mortuo, Totilas ex compacto regnum obtinet.

3. Posteaquam quid Erarico accidisset, Regemque a Gotthis creatum Totilam resciit Iustinianus Aug. exercitus Duces, qui in illis erant partibus, incusare ignaviae, et urgere non destitit. Quare Ioannes, ex sorore nepos Vitaliani, Bessas, Vitalius, caeterique omnes, in singulis urbibus relictis praesidiis, convenerunt Ravennam: ubi Constantianus et Alexander, cuius mentionem supra feci, morabantur. Coacto consilio, satius visum est, ante omnia Veronam, agri Veneti urbem, infesto exercitu petere, eaque capta cum ipsius praesidio Gotthico, Totilam ac Ticinenses invadere. Exercitus hic XII. constabat millibus, sub Ducibus XI. quorum primi erant Constantianus et Alexander; qui ad Urbem Veronam recta contenderunt. Ubi propius ventum est, castra stadiis LX. procul metati sunt in eius planitie: circumiacent enim equitabiles campi: qui ad urbem usque Mantuam patent, diei iter Verona dissitam. Vir erat

ἦν δέ τις ἐν Βενετίοις ἀνὴρ λόγιμος, Μαρκιανὸς ὄνομα. ὅσπερ ἐν φρουρίῳ μὲν κατῴκητο πόλεως Βερώνης οὐ πολλῷ ἄποθεν, [C] εὐνοϊκῶς δὲ βασιλεῖ ἐς τὰ μάλιστα ἔχων τὴν πόλιν παραδοῦναι [H 262] τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο. καὶ ἦν γάρ οἱ τῶν τις φυλάκων ἐκ παιδὸς γνώριμος. πέμψας τοιγαροῦν παρ' αὐτὸν τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινὰς χρήμασιν ἀναπείθει τὸν ἄνθρωπον τῇ πόλει τὸ βασιλέως στράτευμα δέξασθαι. καὶ ἐπεὶ ταῦτα ὡμολό- [V 115] γει ὁ τῶν πυλῶν φύλαξ, πέμπει τοὺς πρέσβεις αὐτὸ δὴ ξυμπράξαντας ὁ Μαρκιανὸς παρὰ τοὺς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντας, ἐφ' ᾧ τά τε ξυγκείμενα ἐξαγγείλωσι καὶ ξὺν αὐτοῖς ἐς τὴν πόλιν εἰσβάλλωσι νύκτωρ. ἔδοξε δὲ τοῖς ἄρχουσι ξύμφορον εἶναι προτερῆσαι μὲν αὐτῶν ἕνα ξὺν ὀλίγοις τισίν· ἦν δέ γε ὁ φύλαξ αὐ- [D] τοῖς ἀνακλίνῃ τὰς πύλας, ἔχεσθαί τε αὐτῶν καὶ τῇ πόλει ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ τὸν στρατὸν ἐσδέξασθαι. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ὑποστῆναι τὸν κίνδυνον οὐδεὶς ἤθελεν, Ἀρταβάζης δὲ μόνος Ἀρμένιος μὲν γένος, διαφερόντως δὲ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, ἐς τὴν πρᾶξιν οὔτι ἀκουσίως καθῆκεν αὐτόν. οὗτος ἀνὴρ Περσῶν μὲν ἡγεῖτο, οὓς Βελισάριος ἐς Βυζάντιον ἐκ τῆς Περσῶν γῆς ξὺν τῷ Βλισχάνῃ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ἐτύγχανε πέμψας, τὸ Σισαύριον ἑξε- [P 473] λὼν φρούριον. τότε δὲ ἄνδρας ἑκατὸν ἐκ τοῦ παντὸς στρατοπέδου ἀπολεξάμενος ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἄγχιστα τοῦ περιβόλου ἐγίνετο. καὶ ἐπεὶ ὁ φύλαξ ᾗπερ ξυνέκειτο ἀνεπέτασε σφίσι τὰς πύλας, οἱ μέν τινες ἐνταῦθα ἑστῶτες τὸ στράτευμα μετεπέμπον-

1. βενετίοις Reg. Vulgo Βενέτοις. ἴσ. βενετίαις Hm. 8. τοὺς πρέσβεις αὐτὸ Reg. et Lm. τοὺς πρὸς αὐτὸ H. τοὺς αὐτῷ P. 18. Βλισχάνῃ] βλισχάμῃ BL.

inter Venetos nobilis, Marcianus nomine: qui cum castellum incoleret Veronae vicinum, essetque Imperatoris studiosissimus, id sedulo agebat, ut in potestatem exercitus Romani veniret urbs. Et vero custodem quemdam a puero noverat: ad quem suorum nonnullos familiarium misit, inducturos pecunia, ut Imperatoris copias in urbem admitteret. Id cum portae custos facturum se recepisset, Marcianus eosdem, qui rem cum illo transegerant, ad exercitus Romani Duces destinavit, ut pactione enuntiata, cum ipsis urbem intrarent noctu. Visum est Ducibus expedire, cum paucis praemitti aliquem e suo numero; ut, si portam panderet custos, eam occuparent, et in urbem exercitum tuto acciperent. Nemo periculum adire voluit, praeter Artabazem, natione Armenium, virum bello praestantem, qui sponte se auso obtulit. Erat hic Persarum Dux, quos Belisarius nuper Byzantium cum Blischane ex regno Persarum miserat, castello capto Sisauranensi. Tunc autem viris centum ex omni delectis exercitu, intempesta nocte ad muros accessit. Porta a custode, uti convenerat, aperta, quidam haud ingressi exercitum evocant: caeteri mu-

το, οἱ δὲ ἀναβάντες ἐπὶ τὸ τεῖχος τοὺς ταύτῃ φυλάσσοντας ἔκτειναν ἀπροσδόκητοι ἐπιπεσόντες. ἐπεὶ δὲ Γότθοι ξύμπαντες ᾔσθοντο τοῦ κακοῦ, διὰ πυλῶν ἑτέρων φεύγοντες ᾤχοντο, ἄκρα δέ τις ἐς ἄγαν ὑψηλὴ πρὸ τοῦ περιβόλου ἀνέχει, ὅθεν ἅπαντα κατανοεῖν πάρεστι τὰ ἐν Βερώνῃ πρασσόμενα καὶ ἀπαριθμεῖσθαι
B τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους, καὶ μὴν καὶ τοῦ πεδίου ἐπὶ πλεῖστον ὁρᾶν. ἐνταῦθα οἱ Γότθοι καταφυγόντες τὴν νύκτα ὅλην ἡσύχαζον. ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς ἀπὸ σταδίων τεσσαράκοντα τῆς πόλεως ἥκων οὐκέτι ἐπίπροσθεν ᾔει, τῶν ἐν τῇ πόλει χρημάτων ἀλλήλοις ἀμφισβητούντων τῶν στρατηγῶν. οὕτω τε αὐτῶν ἀμφὶ ταύτῃ διαμαχομένων τῇ λείᾳ ἡμέρα τε ἤδη διαφανῶς γέγονε καὶ οἱ Γότθοι ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐς τὸ ἀκριβὲς κατανενοηκότες τούς τε ἀνὰ τὴν πόλιν πολεμίους καὶ ὅσῳ Βερώνης τὸ ἄλλο στράτευμα διέχον εἱστήκει, δρόμῳ ἐπὶ τὴν πόλιν ἐχώρησαν δι' αὐτῶν τῶν πυλῶν ὧνπερ ἀπαλλαγέντες πρότερον ἔτυχον. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἱ εἰσεληλυθότες ἔχεσθαι ἴσχυσαν. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ξυμφρονή-
C σαντες τοῦ περιβόλου ἀμφὶ τὰς ἐπάλξεις κατέφυγον, τῶν δὲ βαρβάρων αὐτοῖς πλήθει πολλῷ ἐς χεῖρας ἰόντων οἵ τε ἄλλοι καὶ Ἀρταβάζης πάντων μάλιστα ἔργα θαυμαστὰ ἐνδειξάμενοι καρτερώτατα τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο. καὶ τότε δὴ οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες τὰ ὑπὲρ τῶν ἐν Βερώνῃ χρήματα πρὸς ἀλλήλους διοικησάμενοι παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐπὶ τὴν πόλιν χωρεῖν ἔγνωσαν. ἀποκεκλεισμένας δὲ σφίσι τὰς πύλας εὑρόντες ἰσχυρότατά

9. τῶν ἐν] ἐπὶ τῶν ἐν Hoeschelius, rarioris constructionis ignarus.

rum ascendunt, et positos ibi vigiles, incautos opprimunt ac trucidant. Alia porta Gotthi omnes, cognito infortunio, evadunt. Surgit pro moenibus collis admodum celso vertice: unde quidquid in urbe fit deprehendere, et eorum, qui sunt intus, inire numerum, longe etiam ac late campi aequor prospicere licet. Cum eo Gotthi fuga evasissent, continuerunt se totam noctem. Romanus vero exercitus quadragesimo ab urbe stadio constitit, orta inter Duces de urbis opibus dividendis lite distentus. Dum sic de praeda altercantur, lucescit: et clara iam die Gotthi ex cacumine, quod insederant, numero hostium in urbe agentium plane cognito, quanto etiam spatio reliquae copiae Verona abessent, conspicati, cursu in urbem se inferunt eadem porta, qua prius excesserant: neque enim illam occupare potuerant qui erant noctu ingressi. Tum uno Romani animo se ad murorum pinnas recipiunt: ubi cum magna Barbarorum multitudine collatis manibus, omnes, in primis Artabazes, mira edentes facinora, impetum fortissime sustinebant. Iam Romani Duces, composita inter se lite de praeda Veronensi, cum caeteris copiis pergebant ad urbem: cuius portas cum offendissent clausas, et hostem validissime repu-

τε τοὺς πολεμίους ἀμυνομένους ὀπίσω κατὰ τάχος ἀπήλαυνον, καίπερ μαχομένους ἐντὸς τοῦ περιβόλου τοὺς ἑταίρους θεώμενοι καὶ δεομένους μὴ σφᾶς ἀπολιπεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ μένειν, ἕως ἂν καταφυγόντες ἐς αὐτοὺς σώζοιντο. διὸ δὴ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀρταβά- D ζην τῷ τε πλήθει βιαζόμενοι τῶν πολεμίων καὶ ἀπογνόντες τὴν ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπικουρίαν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἔξω ἥλαντο ἅπαντες. οἷς μὲν καταπεσεῖν ἐφ' ὁμαλοῦ χωρίου ξυνέβη, οὗτοι δὴ ἀθῷοι ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐκομίσθησαν, ἐν τοῖς καὶ Ἀρταβάζην τετύχηκεν εἶναι, ὅσοι δὲ ἐς δυσχωρίας κατέπεσον, αὐτοῦ ἅπαντες διεφθάρησαν. ἐπεὶ δὲ Ἀρταβάζης ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἦλθε, πολλά τε ὀνειδίσας καὶ λοιδορησάμενος ἅπασι ξὺν αὐτοῖς ᾔει. τόν τε Ἠριδανὸν διαβάντες ἐν Φαβεντίᾳ πόλει ἐγένοντο, ἣ χώρας μὲν τῆς Αἰμιλίας ἐστί, σταδίους δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν Ῥαβέννης διέχει.

δ'. Τωτίλας δὲ τὰ ἐν Βερώνῃ ξυμπεσόντα μαθὼν Γότ- P 474 V. 116 θων τε τῶν ἐκ Βερώνης πολλοὺς μετεπέμψατο, καὶ ἐπεὶ παρῆσαν παντὶ τῷ στρατῷ, εἰς πεντακισχιλίους ὄντι, ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ᾔει. ὃ δὴ μαθόντες οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες τὰ παρόντα σφίσιν ἐν βουλῇ ἐποιοῦντο. καὶ παρελθὼν Ἀρταβάζης ἔλεξε πρὸς αὐτοὺς τοιάδε „Μηδεὶς ὑμῶν, ἄνδρες ἄρχοντες, ὑπερφρονεῖν τῶν πολεμίων, ἅτε ἡμῶν τῷ πλήθει ἐλασσουμένων, τανῦν ἀξιούτω, μηδέ, ὅτι πρὸς τοὺς Βελισαρίῳ δεδουλωμένους ἀγωνίζεται, λογισμῷ ἀναπεπτωκότι ἐπ' αὐτοὺς ἴτω. πολλοὶ B

13. χώρας] χώρᾳ Maltretus. Et sic L. 14. Ῥαβέννης om. L.

gnantem, ilicet retro cesserunt, quamvis socios viderent in urbe confligentes, obsecrantesque ne se desererent, at tantisper subsisterent, dum reciperent se ad ipsos. Quamobrem qui erant cum Artabaze, numero hostium obruti, ac suorum desperantes auxilium, cuncti saltu de muro foras praecipites dedere sese. Qui in planum ciderunt, ad Romanum exercitum properarunt incolumes: ex quibus fuit Artabazes. Qui vero in salebras prolapsi sunt, ibidem omnes interierunt. Romanum Artabazes assecutus exercitum, una perrexit, omnes probris passim increpando. Eridano transito, pervenere Faventiam, quae urbs provinciae est Aemiliae, et Ravenna stadiis cxx. distat.

τες, οὐκ ἀπροφάσιστον δὲ αὐτοὶ τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενοι. ταῦτα ἐπεὶ Τωτίλᾳ ἤρεσκε, τακτὴ μὲν ἡμέρα ξυνέκειτο, ἄνδρες δὲ κατὰ τριάκοντα ἑκατέρωθεν ἐν ὁμήρων λόγῳ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δέδονται ταύτῃ καὶ Γότθοι τὴν προσεδρείαν διαλύσαντες ἐπὶ Σικελίας ἐχώρησαν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἐς τὸ Ῥήγιον, οὐ πρότερον διέβησαν τὸν τῇδε πορθμὸν, ἕως φρουρίου τοῦ ἐν Ῥηγίῳ ἀπεπειράσαντο. ἦρχον δὲ τοῦ ἐνταῦθα φυλακτηρίου Θοριμοὺθ τε καὶ Ἱμέριος, οὕσπερ Βελισάριος ἐνταῦθα καταστησάμενος ἔτυχεν. οἵπερ ἐπεὶ πολλούς τε καὶ ἀρίστους ξὺν αὐτοῖς εἶχον, τειχομαχοῦντάς τε ἀπεκρούσαντο τοὺς πολεμίους καὶ ἐπεξελθόντες τὸ πλέον ἐν ξυμβολῇ ἔσχον. ὕστερον μέντοι τῷ πλήθει τῶν πολεμίων παρὰ πολὺ ἐλασσούμενοι ἐντὸς τοῦ περιβόλου κατακλει- D
σθέντες ἡσύχαζον. Τωτίλας δὲ μοῖραν μὲν τοῦ Γότθων στρατοῦ αὐτοῦ εἴασε φρουρᾶς ἕνεκα, τῶν ἐπιτηδείων τῇ ἀπορίᾳ χρό-

1. τῶν σφετέρων L post γυναικῶν. 2. ἥσπερ] ἧς πέρι L. 5. ἀναβάλλεσθαι] ἀναβαλέσθαι Reg. 7. σημαίνωσι] σημήνωσι Reg. 8. ἀπαλλάσσοιντο] ἀπαλλάσσονται L. 10 τακτὴ μὲν] μὲν om. L. 11. κατὰ om. L 14. ἀπεπειράσαντο] ἀποπειράσασθαι Reg. 20. πολεμίων] ἐναντίων Reg. 21. τοῦ Γότθων] τῶν γότθων τοῦ L.

intolerabilis ipsis futura sit; urbem autem, fidei suae creditam, non posse iam honeste tradere, ob id praesertim, quod, cum adire velint Imperatorem, nihil habeant, quo deditionem excusent. Itaque postulant, differatur haec aliquandiu, donec quo res deducta sit, Imperatori significent; ut si illo interim spatio auxilii nihil ab eo venerit, urbe Gotthis dedita, reditum purgare possint. His assenso Totila, certa dies convenit, cautumque est huic pactioni utrinque datis obsidibus triginta. Gotthi, soluta obsidione, conversoque itinere in Siciliam, cum Rheginm pervenissent, non prius fretum, quod illic est, traiecere, quam Rhegii castellum tentarunt. Parebat illius praesidium Thurimutho atque Himerio, quos ibi Belisarius constituerat. Hi, cum et multos et fortissimos haberent secum milites, impressionem hostium repulerunt, factaque eruptione, ex pugna redierunt superiores. At deinde, illis longe cedentes numero, continuerunt sese, inclusi moenibus. Totilas vero exercitus Gotthici partem ibi, ut custodiam ageret, reliquit, spe maxima incen-

ἀνθρώπου ἐκδείραντες. ταῦτα διαπεπραγμένοι τὰ χωρία ξύμπαντα, τά τε Θρακῶν καὶ Ἰλλυριῶν, ἀδεῶς ὕστερον ἐληΐζοντο,
P 556 καὶ φρούρια πολλὰ πολιορκίᾳ ἑκάτεροι εἷλον, οὐ τειχομαχήσαντες πρότερον, οὐδὲ ἐς τὸ πεδίον καταβῆναι τολμήσαντες, ἐπεὶ οὐδὲ γῆν τὴν Ῥωμαίων καταθεῖν ἐγκεχειρήκασι πώποτε οἱ βάρβαροι οὗτοι. οὐ μὴν οὐδὲ στρατῷ ποταμὸν Ἴστρον φαίνονται διαβεβηκότες ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου, πλήν γε δὴ ἐξ ὅτου μοι ἔμπροσθεν εἴρηται.

Οὗτοι δὲ οἱ τὸν Ἀσβάδην νενικηκότες μέχρι ἐς θάλασσαν ληισάμενοι ἐφεξῆς ἅπαντα καὶ πόλιν ἐπιθαλασσίαν τειχομαχήσαντες εἷλον, καίπερ στρατιωτῶν φρουρὰν ἔχουσαν, Τόπερον ὄνομα· ἣ πρώτη μὲν Θρακῶν τῶν παραλίων ἐστὶ, τοῦ δὲ Βυ-
B ζαντίου διέχει ὁδὸν ἡμερῶν δυοκαίδεκα. εἷλον δὲ αὐτὴν τρόπῳ τοιῷδε. οἱ μὲν πλεῖστοι ἐν δυσχωρίαις πρὸ τοῦ περιβόλου σφᾶς αὐτοὺς ἔκρυψαν, ὀλίγοι δέ τινες ἀμφὶ τὰς πύλας γενόμενοι, αἳ πρὸς ἀνίσχοντά εἰσιν ἥλιον, τοὺς ἐν ταῖς ἐπάλξεσι Ῥωμαίους ἠνώχλουν. ὑποτοπήσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, ὅσοι τὸ ἐνταῦθα φυλακτήριον εἶχον, οὐ πλείους αὐτοὺς ἢ ὅσοι καθωρῶντο εἶναι, ἀνελόμενοι αὐτίκα τὰ ὅπλα ἐξίασιν ἐπ' αὐτοὺς ἅπαντες. οἱ δὲ βάρβαροι ὀπίσω ἀνέστρεφον, δόκησιν παρεχόμενοι τοῖς ἐπιοῦσιν ὅτι δὴ αὐτοὺς ἐς ὑπαγωγὴν κατωρρωδηκότες χωροῦσι· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐς τὴν δίωξιν ἐκπεπτωκότες πόρρω που τοῦ περιβόλου

3. οὐ τειχ.] οὐδὲ τειχ. L. 5. πώποτε L post οὗτοι. 9. Ἀσβάδην] ἀσβάδων L. 11. Τόπερον] τόπειρον H. τόπηρον L. 13. ὁδὸν] ὁδῷ L. 22. ἐς τὴν L. εἰς τὴν P.

combusserunt, desectis prius loris ex dorsi illius pelle. His peractis, Thraciam omnem atque Illyricum impune vastarunt, ac multa utrique castella obsidione ceperunt, qui antea nec muros oppugnare, neque in campum descendere audebant. Enimvero ne tentaverant quidem unquam hi Barbari incursionem facere in Romanum Imperium. Immo vero ante illud tempus, quod supra dixi, nunquam cum exercitu fluvium Istrum videntur traiecisse.

Qui Asbadem vicerant, ad mare usque continenter omnia populati, urbem maritimam, quamvis militari praesidio munitam, expugnarunt. Toperus dicitur, urbiumque maritimarum Thraciae prima est, ac Byzantio dierum iter duodecim distat. Sic autem eam ceperunt. Cum eorum pars maxima sub moenibus in locis confragosis delituisset, exigua manus ad portam, quae Solem orientem spectat, Romanos, qui stabant ad pinnas, lacessere coepit. Rati milites, quicunque hic agitabant praesidium, haud plures esse quam qui coram aderant, captis extemplo armis, in eos cuncti erumpunt. Mox Barbari retro cedere, aggressoribus speciem praebentes fugientium metu. Romanis a muro procul insequendo prove-

ἐγένοντο. ἀναστάντες οὖν οἱ ἐκ τῶν ἐνεδρῶν κατόπισθέν τε τῶν διωκόντων γενόμενοι ἐσιτητὰ σφίσιν ἐς τὴν πόλιν οὐκέτι ἐποίουν. C ἀναστρέψαντές τε καὶ οἱ φεύγειν δοκοῦντες ἀμφιβόλους ἤδη τοὺς H 313 Ῥωμαίους πεποίηνται. οὓς δὴ ἅπαντας οἱ βάρβαροι διαφθείραντες τῷ περιβόλῳ προσέβαλλον. οἱ δὲ τῆς πόλεως οἰκήτορες τῶν στρατιωτῶν τῆς δυνάμεως ἐστερημένοι, γίνονται μὲν ἐν ἀμηχανίᾳ πολλῇ, καὶ ὡς δὲ τοὺς ἐπιόντας ἐκ τῶν παρόντων ἠμύνοντο. καὶ πρῶτα μὲν ἔλαιόν τε καὶ πίσσαν ἐπὶ πλεῖστον θερμήναντες τῶν τειχομαχούντων κατέχεον, καὶ λίθων βολαῖς πανδημεὶ ἐς αὐτοὺς χρώμενοι τοῦ ἀπεῶσθαι τὸν κίνδυνον οὐ μακράν που ἐγένοντο. ἔπειτα δὲ αὐτοὺς πλήθει βελῶν οἱ βάρβαροι βιασάμενοι ἐκλιπεῖν τε τὰς ἐπάλξεις ἠνάγκασαν καὶ κλίμακας τῷ περιβόλῳ ἐρείσαντες κατὰ κράτος τὴν πόλιν εἷλον. ἄνδρας μὲν οὖν ἐς πεντακισχιλίους τε καὶ μυρίους εὐθὺς ἅπαντας ἔκτειναν καὶ D πάντα τὰ χρήματα ἐληίσαντο, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἐν ἀνδραπόδων πεποίηνται λόγῳ. καίτοι τὰ πρότερα οὐδεμιᾶς ἡλικίας ἐφείσαντο, ἀλλ' αὐτοί τε καὶ οἱ ξυμμορίας τῆς ἑτέρας, ἐξ ὅτου δὴ τῇ Ῥωμαίων ἐπέσκηψαν χώρᾳ, τοὺς παραπίπτοντας ἅπαντας ἡβηδὸν ἔκτειναν. ὥστε γῆν ἅπασαν, ἥπερ Ἰλλυριῶν τε καὶ Θρᾳκῶν ἐστι, νεκρῶν ἔμπλεων ἐπὶ πλεῖστον ἀτάφων γενέσθαι. ἔκτεινον δὲ τοὺς παραπίπτοντας οὔτε ξίφει οὔτε δόρατι οὔτε τῳ ἄλλῳ εἰωθότι τρόπῳ, ἀλλὰ σκόλοπας ἐπὶ τῆς γῆς πηξάμενοι

3. ἀναστρέψαντές τε] ἀναστρέψαντες δὲ Hm. 5. προσέβαλλον] προσέβαλον L. 8. πρῶτα Reg. πρῶτον P. 10. οὐ μακράν] οὐ om. L. 11. ἔπειτα] ἐπεὶ L. ibid. Post βελῶν L a m. sec. ἐξέλιπον. ibid. οἱ] οἱ δὲ L. 17. οἱ ξυμμορίας τῆς ἑτέρας] ἡ συμμορία ἡ ἑτέρα L. 18. τῇ — χώρᾳ] τὴν — χώραν L. ibid. ἅπ. ἡβ.] ἡβ. ἅπ. L. 20. ἔμπλεων L. ἔμπλεω P.

ctis, illi ex insidiis consurgunt, et insequentibus imminentes a tergo, reditum in urbem praecludunt. Tum ora vertentes, qui fugere videbantur, Romanos intercipiunt. His ad internecionem caesis, admovent se moenibus Barbari. Iam a militibus imparati cives, graviter aestuare. Nihilominus pro re nata arcebant impetum: ac principio quidem ferventissimo oleo et pice oppugnatores rigabant; cumque omnis aetas lapides iaceret, nihil propius factum est, quam ut discrimen averterent. Post tandem Barbari ingenti telorum vi illos e pinnis deiecerunt, et scalis ad muros applicitis, urbem expugnaverunt. Nec mora: viris omnibus ad xv. m. contrucidatis, penitusque direptis opibus, pueros ac feminas servituti addicunt; cum ad eam diem nulli aetati pepercissent: verum et ipsi, et qui in altero erant exercitu, ex quo in fines Romanorum irruperant, obvios quosque sine ullo aetatis discrimine de medio sustulissent: ita ut in Illyrico Thraciaque insepultis cadaveribus solum longe ac late constratum esset. Obvios autem non ense, non hasta, non alio

ἰσχυρότατα, ὀξεῖς τε αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα ποιησάμενοι, ἐπὶ τούτων ξὺν βίᾳ πολλῇ τοὺς δειλαίους ἐκάθιζον, τὴν σκολόπων ἀκμὴν γλουτῶν κατὰ τὸ μέσον ἐνείροντες ὠθοῦντές τε ἄχρι ἐς τῶν P 557 ἀνθρώπων τὰ ἔγκατα, οὕτω δὴ αὐτοὺς διαχρήσασθαι ἠξίουν. καὶ ξύλα δὲ παχέα τέτταρα ἐπὶ πλεῖστον ἐς γῆν κατορύξαντες οἱ βάρβαροι οὗτοι, ἐπ᾽ αὐτῶν τε χεῖρας καὶ πόδας τῶν ἡλωκότων δεσμεύοντες, εἶτα ῥοπάλοις αὐτοὺς κατὰ κόρρης ἐνδελεχέστατα παίοντες, ὡς δὴ κύνας ἢ ὄφεις ἢ ἄλλο τι θηρίον διέφθειρον. ἄλλους δὲ ξύν τε βουσὶ καὶ προβάτοις, ὅσα δὴ ἐπάγεσθαι ἐς τὰ πάτρια ἥκιστα ὡς ἥκιστα εἶχον, ἐν τοῖς δωματίοις καθείρξαντες, οὐδεμιᾷ φειδοῖ ἐνεπίμπρασαν. οὕτω μὲν Σκλαβηνοὶ τοὺς ἐντυχόντας ἀεὶ ἀνῄρουν. ἀλλὰ νῦν αὐτοί τε καὶ οἱ τῆς ἑτέρας ξυμ-B V 173 μορίας, ὥσπερ τῷ τῶν αἱμάτων μεθύοντες πλήθει, ζωγρεῖν τὸ ἐνθένδε ἠξίουν τῶν παραπεπτωκότων τινάς, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ μυριάδας αἰχμαλώτων ἐπαγόμενοι ἀριθμοῦ κρείσσους ἐπ᾽ οἴκου ἀπεκομίσθησαν ἅπαντες.

C λθ΄. Ὕστερον δὲ Γότθοι τῷ Ῥηγίνων προσέβαλλον ὀχυρώματι, οἱ δὲ πολιορκούμενοι καρτερώτατα σφᾶς ἀμυνόμενοι ἀπεκρούοντο, ἔργα τε ὁ Θοριμοὺθ ἐπεδείκνυτο ἀεὶ ἐς αὐτοὺς ἀρετῆς ἄξια. γνοὺς δὲ ὁ Τωτίλας ἐνδεῖν τοῖς πολιορκουμένοις τὰ ἐπιτήδεια, μοῖραν μὲν τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ εἴασε φυλακῆς ἕνεκα, ὅπως δὴ οἱ πολέμιοι μηδὲν μὲν τοῦ λοιποῦ ἐσκομίζωνται,

2. τὴν σκολόπων] τήν τε σκολόπων L. 12. ξυμμορίας] συμμορίας L. 17. δὲ] μέντοι H: sed δὲ Hm. ibid. προσέβαλλον] προσέβαλον L. 19. Θοριμοὺθ] Θουριμοὺθ H.

quoquam usitato necis genere conficiebant, sed depactis valide in terram sudibus praeacutis, miserorum sedes multa vi impingebant, et infixas inter nates palorum cuspides adigentes ad usque viscera, illis vitam extorquebant. Praeterea defossis humi lignis quatuor crassioribus alligabant hi Barbari eorum, quos ceperant, manus ac pedes: deinde capita fustibus assidue tundendo, veluti canes, aut serpentes, aliudve ferae genus mactabant. Alios cum bobus et ovibus, quas in patriam abducere non poterant, in tuguria compactos, immisericorditer cremabant. Ita Sclaveni illos, in quos incidebant, necare erant soliti. Iam uterque eorum exercitus, quasi nimio sanguine ebrius ac satur esset, quos in posterum caperet, illorum parti donare vitam statuit. Quo factum est, ut domum omnes reversi sint, cum captivorum innumeris myriadibus.

39. Postea, cum Rheginum castellum Gotthi adorti essent, obsessi illos propulerunt, fortissime repugnantes: in primis Thurimuthus facinora generoso digna pectore semper edidit. Totilas vero, haud ignarus obsessos annona anguste uti, copiarum ibi partem reliquit, omnes aditus servare iussam; ut hostes commeatibus penitus interclusi, reiqueciba-

ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἀναγκαίων σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ φρούριον Γότθοις ἐνδώσουσιν· αὐτὸς δὲ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Σικελίαν διαπορθμευσάμενος τῷ Μεσσηνῶν προσέβαλλε τείχει. καὶ οἱ Δομεντίολος ὁ Βούζου ἀδελφιδοῦς, ὅσπερ τῶν τῇδε Ῥωμαίων ἦρχεν, ὑπαντιάσας τε πρὸ τοῦ περιβόλου καὶ ἐς χεῖρας ἐλθὼν οὐκ D *ἔλασσον ἔσχεν. αὖθις δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενος φυλακῆς τε τῆς ἐνταῦθα ἐπιμελούμενος ἡσυχίαν ἦγε. Γότθοι δέ, μηδενὸς σφίσιν ἐπεξιόντος, ἐληίσαντο Σικελίαν σχεδόν τι ὅλην. Ῥωμαῖοι δὲ οἱ ἐν Ῥηγίῳ πολιορκούμενοι, ὧν δὴ Θοριμοὺθ τε καὶ Ἱμέριος ἦρχον, ὥσπερ μοι εἴρηται, τὰ γὰρ ἀναγκαῖα σφᾶς παντάπασιν ἀπελελοίπει, αὐτούς τε καὶ τὸ φρούριον ὁμολογίᾳ τοῖς πολεμίοις ἐνέδοσαν.*

Ἅπερ ἐπεὶ βασιλεὺς ἤκουσε, στόλον τε ἀγείρας νηῶν καὶ στράτευμα λόγου ἄξιον ἐκ καταλόγου πεζῶν ἐν τῷ στόλῳ τούτῳ ἐνθέμενος, ἄρχοντά τε Λιβέριον αὐτοῖς ἐπιστήσας, πλεῖν κατὰ τάχος ἐπὶ Σικελίας ἐκέλευσε, καὶ τὴν νῆσον διασώσασθαι δυνάμει τῇ πάσῃ. ἀλλά οἱ ἄρχοντα τοῦ στόλου καταστησαμένῳ Λι- P 558 *βέριον αὐτίκα δὴ μάλα μετέμελεν. ἦν γὰρ ἐσχατογέρων τε ὁ ἀνὴρ μάλιστα καὶ ἀμελέτητος πολεμίων ἔργων. Ἀρταβάνῃ τε ἀφεὶς τὰ ἐς αὐτὸν ἐγκλήματα πάντα καὶ στρατηγὸν καταλόγων τῶν ἐπὶ Θρᾴκης καταστησάμενος ἐς Σικελίαν εὐθὺς ἔπεμψε, στράτευμα μὲν οὐ πολὺ παρασχόμενος, ἐπιστείλας δὲ τὸν ξὺν*

8. *Μεσσηνῶν*] *μεσηνῶν* P. *ibid.* *προσέβαλλε*] *προσέβαλε* L. *ibid.* *Δομεντίολος*] *δομνετίολος* Reg. *δομεντίολος* H et Pers. 10. *μοι* om. L. 11. *ἀπελελοίπει*] *ἀπολελοίπει* L. *ibid.* *αὐτούς*] *αὐτός* L. 14. *καταλόγου*] *καταλόγων* L.

riae penuria pressi, se ipsi et castellum Gotthis contraderent. Ipse, reliquo exercitu in Siciliam transportato, Messanae muros oppugnare instituit. Occurrit, qui Romanis illic degentibus praeerat Domnentiolus, Buzis ex sorore nepos, factoque pro moenibus praelio non inferior, cum in urbem se recepisset, illi custodiendae intentus, nihil amplius movit. Tum Gotthi, nemine erumpente Siciliam fere totam vastarunt. Interea Romani, qui Rhegii cum suis Ducibus Thorimutho atque Himerio, ut dixi, obsidebantur, absumptis omnino cibariis, se et castellum hostibus dediderunt.

Quae cum Imperator audisset, collecta classe, et validis peditum copiis in eam impositis, duce Liberio, illas in Siciliam celeriter navigare iussit, ac viribus omnibus insulam recuperare. At vix Liberium classi praefecerat, cum ipsum poenituit consilii: eo quod vir esset Liberius aetate defectus, ac belli rudis. Mox Artabanem in gratiam restitutum, et militari ornatum Thraciae Magisterio, in Siciliam mittit, cum exiguis quidem copiis, sed cum mandato adiungendae sibi classis, quae erat

τῷ Λιβερίῳ παραλαβεῖν στόλον, ἐπεὶ Λιβέριον ἐς Βυζάντιον μετεπέμπετο. αὐτοκράτορα δὲ τοῦ πρὸς Τωτίλαν τε καὶ Γότθους πολέμου Γερμανὸν κατεστήσατο τὸν αὐτοῦ ἀνεψιόν. ᾧ δὴ στρά-
H 314 τευμα μὲν οὐ πολὺ ἔδωκε, χρήματα δὲ λόγου ἄξια παρασχόμε-
B νος στρατιὰν ἐπέστελλεν ἐκ Θρᾳκῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν ἀξιολογωτάτην ἀγείραντα οὕτω δὴ στέλλεσθαι σπουδῇ ἐς τὴν Ἰταλίαν πολλῇ. καὶ Φιλημοὺθ τε τὸν Ἐρούλων ἄρχοντα ξὺν τοῖς ἑπομένοις καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ μὲν Γερμανοῦ κηδεστὴν, Βιταλιανοῦ δὲ ἀδελφιδοῦν (στρατηγὸς γὰρ ὢν τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς καταλόγων διατριβὴν ἐνταῦθα εἶχε) ξὺν αὐτῷ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀπαγαγέσθαι ἐπήγγελλε.

Τότε δὴ Γερμανὸν φιλοτιμία πολλή τις ἔσχε, Γότθων τὴν ἐπικράτησιν ἀναδήσασθαι, ὅπως οἱ Λιβύην τε καὶ Ἰταλίαν ἀνασώσασθαι περιέσται τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ. Στότζα γὰρ τετυραννηκότος ἔν γε Λιβύῃ τὰ πρότερα καὶ τὸ Λιβύης κράτος βεβαιό-
C τατα ἤδη ἔχοντος αὐτὸς ἐκ βασιλέως σταλεὶς καὶ μάχῃ τοὺς στασιώτας παρὰ δόξαν νικήσας τήν τε τυραννίδα κατέπαυσε καὶ Λιβύην αὖθις ἀνεσώσατο τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. καὶ νῦν δὲ τῶν Ἰταλίας πραγμάτων ἐς τοῦτο τύχης ἐληλακότων, ἐς ὃ μοι ἔναγχος δεδιήγηται, μέγα δὴ ἐνθένδε περιβαλέσθαι κλέος ἐβούλετο, ἅτε δὴ καὶ αὐτὴν ἰσχύσας βασιλεῖ ἀνασώσασθαι. καὶ πρῶτα μὲν (ἐτετελευτήκει γὰρ

3. τὸν αὐτοῦ ἀνεψιόν] τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ L. 4. παρασχόμενος] παρεχόμενος Reg. 5. ἐκ τε θρακῶν L. 6. ἀγείραντα] ἀγείραντι L. ibid. πολλῇ post σπουδῇ L. 7. καί οἱ φιλιμοὺθ τε τὸν ἔρουλον L. 12. πολλή om. L. 14. τῇ — ἀρχῇ] τὴν — ἀρχὴν L. 16. τοὺς στ. παρὰ δόξαν L. Vulgo παραδόξως τοὺς στασιώτας. παρὰ δόξαν ex Reg. enotavit Malt.

cum Liberio, Byzantium redire iusso. Belli imperium in Totilam et Gotthos Germano, fratris sui filio, dedit, modico adiuncto exercitu. Verum ingenti suppeditata pecunia, praecepit, ut coactis ex Thracia atque Illyrico florentibus copiis, magnis itineribus contenderet in Italiam, secumque duceret Philemuthum Erulorum Principem cum ipsius turmis, et Ioannem generum suum, Vitaliani ex sorore nepotem; qui Magister factus militum per Illyricum, ibi tum morabatur.

Tunc ingens laudis amor Germanum impulit ad debellandos Gotthos; ut postmodum diceretur, non modo Africam, sed Italiam quoque Romano Imperio recuperasse. Nam antea, cum Stozas tyrannidem exercens in Africa, eius dominatum firmissime sibi asseruisset, eo missus ab Imperatore Germanus, factiosis praeter opinionem acie victis, tyrannidem sustulerat, et in Romanam ditionem Africam revocaverat, ut in superioribus libris narravi. Iam vero rebus Italiae ita, ut modo memorabam, collapsis, magnam inde reportare gloriam volebat, et praedicari, quod illam potestati Imperatoris restituere potuisset. Ac primum quidem, cum

οἱ πολλῷ πρότερον ἡ γυνὴ Πασσάρα ὄνομα). Ματασοῦνθαν ἐν V 174
γαμετῆς ἐποιήσατο λόγῳ, τὴν Ἀμαλασούνθης τῆς Θευδερίχου θυγατρὸς παῖδα, Οὐιτίγιδος ἤδη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντος. ἤλπιζε γάρ, ἢν ξὺν αὐτῷ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἡ γυνὴ ἔῃ, αἰσχύνεσθαι, ὡς τὸ εἰκός, Γότθους ὅπλα ἐπ' αὐτὴν ἀνελέσθαι, ἀνα- D
μνησθέντας τῆς Θευδερίχου τε καὶ Ἀταλαρίχου ἀρχῆς. ἔπειτα δὲ χρήματα μεγάλα τὰ μὲν ἐκ βασιλέως, τὰ δὲ πλείω οἴκοθεν οὐδεμιᾷ φειδοῖ προϊέμενος στρατιὰν ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου πολλὴν ἀνδρῶν μαχιμωτάτων ἀγεῖραι δι' ὀλίγου εὐπετῶς ἴσχυσε. Ῥωμαῖοί τε γάρ, ἄνδρες ἀγαθοὶ τὰ πολέμια, τῶν ἀρχόντων πολλούς, ὧν δὴ δορυφόροι τε καὶ ὑπασπισταὶ ἦσαν, ἐν ὀλιγωρίᾳ πεποιημένοι, Γερμανῷ εἵποντο, ἔκ τε Βυζαντίου καὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης χωρίων καὶ Ἰλλυριῶν οὐδέν τι ἧσσον, Ἰουστίνου τε καὶ Ἰουστινιανοῦ,
τῶν αὐτοῦ παίδων, πολλὴν ἐνδειξαμένων περὶ ταῦτα σπουδήν, P 559
ἐπεὶ καὶ αὐτοὺς ἐπαγαγόμενος ἀπιὼν ᾤχετο. τινὰς δὲ καὶ ἐκ καταλόγων ἱππικῶν, οἳ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἵδρυντο, δόντος βασιλέως ξυνέλεξε. καὶ βάρβαροι πολλοί, οἵπερ ἀμφὶ ποταμὸν Ἴστρον διατριβὴν εἶχον, κατὰ κλέος τοῦ Γερμανοῦ ἥκοντες καὶ χρήματα πολλὰ κεκομισμένοι ἀνεμίγνυντο τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. ἄλλοι τε βάρβαροι ἐκ πάσης ἀγειρόμενοι ξυνέρρεον γῆς. καὶ ὁ τῶν Λαγγοβαρδῶν ἡγούμενος ὁπλίτας χιλίους ἐν παρασκευῇ πεποιημένος αὐτίκα δὴ μάλα ὑπέσχετο πέμψειν.

1. Ματασούνθαν P. ματτασούνθαν H. μετασούνθαν Reg.
9. ἀγεῖραι ἀνδρῶν μαχ. L. 22. πέμψειν om. L.

viduus, mortua pridem coniuge Passara, natam ex Amalasuntha Theoderici filia Matasuntham, post Vitigis obitum, uxorem duxisset, eam secum assumpsit. Sperabat enim fore ut, si uxorem in castris haberet, Gotthi, iusta prohibiti reverentia, in eam arma non tollerent, regni Theoderici atque Atalarici memores. Deinde praebitam ab Augusto pecuniam, et ampliorem de suo liberalissime erogans, magnas praeter expectationem copias virorum bellicosissimorum brevi tempore et labore nullo conscripsit. Nam qui inter Romanos erant bello egregii, contemptis multis Ducibus ac Praefectis, apud quos Protectorum munere fungebantur, ad Germanum ex urbe Byzantio pariterque ex Thracia atque Illyrico se conferebant, in id sedulo incumbentibus eius filiis Iustino ac Iustiniano, quos secum ducebat. Nonnullos ex equestribus Thraciae numeris, permissu Imperatoris, collegit. Multi etiam Barbari, Istri fluminis accolae, Germani illustri fama exciti, grandi accepta pecunia, ad Romanum exercitum se aggregarunt; et cum alii Barbari, coacti undique confluxerunt, tum Langobardorum Rex milites cataphractos mille, quos paratos habebat, propediem se missurum recepit.

B Τούτων δὴ καὶ πλειοτέρων ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀγγελλομένων, οἷα δὴ ἐξεργάζεσθαι εἴωθεν ἐς τὰ ἀνθρώπεια προϊοῦσα ἡ φήμη, Γότθοι τε ἅμα ἔδεισαν, ἅμα τε ἐν ἀπόρῳ ἐγένοντο, εἰ σφίσιν ἐς γένος τὸ Θευδερίχου πολεμητέα εἴη. στρατιῶται δὲ Ῥωμαίων, ὅσοι Γότθοις ἐτύγχανον ἀκούσιοι ἢ ἐθελούσιοι ξυστρατεύοντες, ἄγγελον πέμψαντες Γερμανῷ σημαίνειν ἐκέλευον ὡς, ἐπειδὰν τάχιστα ἐν Ἰταλίᾳ γενόμενον Γερμανὸν ἴδοιεν, ἐνστρατοπεδευομένην τε τὴν αὐτοῦ στρατιὰν, καὶ αὐτοὶ οὐδέν τι μελλήσαντες ξὺν ἐκείνοις τετάξονται πάντως. οἷς δὴ ἅπασι θαρσήσαντες οἱ τοῦ βασιλέως στρατοῦ ἔν τε Ῥαβέννῃ καὶ εἴ που ἄλλη πόλις σφί- C σιν λελεῖφθαι τετύχηκεν, εὐέλπιδες ἰσχυρότατα γεγενημένοι, τὰ χωρία βασιλεῖ ἐς τὸ ἀκριβὲς φυλάσσειν ἠξίουν. ἀλλὰ καὶ ὅσοι ξὺν τῷ Βήρῳ τὰ πρότερα ἢ ἄλλοις τισὶ τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἡσσημένοι τε τῶν ἐναντίων ἐν τῇ ξυμβολῇ διέφυγόν τε καὶ σκεδαννύμενοι περιῄεσαν, ὅπη ἑκάστῳ τετύχηκεν, ἐπειδὴ ὁδῷ ἰέναι Γερμανὸν ἤκουσαν, ἀθρόοι ἐν Ἰστρίᾳ γεγενημένοι, ἐνταῦθά τε τὸ στράτευμα τοῦτο προσδεχόμενοι, ἡσυχῇ ἔμενον. τότε δὴ ὁ Τωτίλας, ἡμέρα γὰρ ἡ ξυγκειμένη αὐτῷ τε καὶ Διογένει ἐν Κεντουκέλλαις εἱστήκει, πέμψας παρ' αὐτὸν ἐκέλευέν οἱ κατὰ τὰ ξυγκείμενα τὴν πόλιν ἐνδοῦναι. Διογένης δὲ τούτου δὴ κύριος ἔφασκεν αὐτὸς οὐκέτι εἶναι. ἀκηκοέναι γὰρ αὐτοκράτορα D τοῦδε τοῦ πολέμου τὸν Γερμανὸν καταστῆναί τε καὶ ξὺν τῷ στρατῷ οὐκ ἄποθεν εἶναι. τῶν δὲ ὁμήρων βουλευόμενον οἱ αὐ-

3. τε ἅμα] δὲ ἅμα τε L. *ibid.* τε ἐν L. Vulgo δὲ καί. 7. ἐν Ἰταλίᾳ] ἐς ἰταλίαν Reg. *ibid.* Γερμανὸν] αὐτὸν L. 10. πόλις om. L. 20. δὲ τούτου δὴ] μὲν τούτου L.

His aliisque amplioribus in Italia nuntiatis, qualia inter homines efficere fama solet, eundo crescens, Gotthi simul timere, simul ambigere, num sibi cum Theoderici stirpe bellandum esset. Romani vero milites, quicunque vel inviti vel sponte Gotthis militabant, misso nuntio iniungunt, Germano significet, statim ut ipsum ingressum Italiam, eiusque copias castrametatas viderint, se quoque ad unum omnes, nulla interiecta mora, cum illis arma iuncturos. His rebus omnibus freti Caesariani milites, Ravennae, ac si qua ipsis praeterea urbs reliqua erat, spe firmissima tenebantur, et credita fidei suae loca diligenter Imperatori servabant. Quin illi, qui prius Verum Ducem vel alios secuti, commisso cum hostibus praelio, victi fuerant, et in fugam acti dissipatique, qua sors quemque ferret, errabant, cognita Germani profectione, cum in Istria coiissent, ibi illum exercitum opperientes, manebant. Quo tempore Totilas, postquam dies ipsi cum Diogene ad Centumcellas constituta affuit, misit qui imperarent, ut ex pacto et conventu urbem dederet. Id iam sibi integrum esse negavit Diogenes, ferente fama, Germanum, accepto belli huius imperio, non procul abesse cum exercitu: quod

τῷ εἶναι τοὺς μὲν σφετέρους ἀπολαβεῖν, τοὺς δὲ πρὸς Γότθων σφίσι δεδομένους ἀποτιννύναι. οὕτω τοὺς σταλέντας ἀποπεμψάμενος τοῦ τῆς πόλεως φυλακτηρίου ἐπεμελεῖτο, Γερμανόν τε H 315 καὶ τὸ ξὺν αὐτῷ στράτευμα καραδοκῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράσσετο τῇδε, καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψε.

μ'. Γερμανοῦ δὲ τὸ στράτευμα ἐν Σαρδικῇ, τῇ Ἰλλυριῶν P 560 V 175 πόλει, ἀγείραντός τε καὶ διέποντος, ἅπαντά τε ἰσχυρότατα ἐξαρτυομένου τὰ ἐς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν, Σκλαβηνῶν ὅμιλος ὅσος οὔπω πρότερον ἀφίκετο ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν. Ἴστρον δὲ ποταμὸν διαβάντες ἀμφὶ Ναϊσὸν ἦλθον. ὧν δὴ ὀλίγους τινὰς ἀποσκεδασθέντας μὲν τοῦ στρατοπέδου, πλανωμένους δὲ καὶ κατὰ μόνας περιιόντας τὰ ἐκείνῃ χωρία, τῶν τινες Ῥωμαίων καταλαβόντες τε καὶ ξυνδήσαντες ἀνεπυνθάνοντο ὅτου δὴ ἕνεκα οὗτος B δὴ ὁ τῶν Σκλαβηνῶν στρατὸς καὶ ὅ τι κατεργασόμενοι διέβησαν ποταμὸν Ἴστρον. οἱ δὲ ἰσχυρίσαντο ὡς Θεσσαλονίκην τε αὐτὴν καὶ πόλεις τὰς ἀμφ' αὐτὴν πολιορκίᾳ ἐξαιρήσοντες ἥκοιεν. ἅπερ ἐπεὶ βασιλεὺς ἤκουσεν, ἄγαν τε ξυνεταράχθη καὶ πρὸς Γερμανὸν εὐθὺς ἔγραψεν, ὁδὸν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα τὴν ἐπὶ Ἰταλίαν ἀναβαλέσθαι, Θεσσαλονίκῃ δὲ καὶ πόλεσι ταῖς ἄλλαις ἀμῦναι, καὶ τὴν Σκλαβηνῶν ἔφοδον ὅση δύναμις ἀποκρούσασθαι. καὶ Γερμανὸς μὲν ἀμφὶ ταῦτα διατριβὴν εἶχε. Σκλαβηνοὶ δὲ γνόντες C

2. οὕτω τοὺς] τούς τε L. 4. καραδοκῶν στράτευμα L. 11. Ναϊσὸν] ναΐσον L. 15. ὅ τι Reg. τί P. 17. ἐξαιρήσοντες ἥκοιεν] ἐξαιρήσεσθαι σχοῖεν H: illud Hm.

spectaret ad obsides, velle se recipere suos, unaque datos a Gotthis reddere. Sic remissis qui venerant, in custodiam urbis incubuit, Germanum eiusque copias cupidissime expectans. His ita gestis, cum hieme finitur annus decimus quintus huius belli, quod Procopius litteris tradidit.

40. Sardicae, quae Illyrici urbs est, collectum exercitum instruebat Germanus, et omnia ad validissimum belli apparatum expediebat; cum Sclavenorum catervae, quantae nunquam ante prodierant, ad Imperii Romani fines progressae, traiecto Istro flumine, Naïsum venerunt. Eorum pauci abiunxerunt se ab exercitu; cumque ita vicinos agros pererrarent, ut singuli separatè discurrerent, in Romanorum quorumdam manus inciderunt: a quibus vincti, interrogatique, cuius rei causa, et quid tandem actutus hic Sclavenorum exercitus Istrum fluvium transmisisset? asseverarunt, eo se venire consilio, ut Thessalonicam urbesque illi circumiectas obsidione caperent. Cuius rei nuntio valde commotus Imperator, statim Germano scribit, ut in praesens omissa in Italiam profectione, Thessalonicae caeterisque urbibus suppetias ferre, ac totis viribus impetum Sclavenorum repellere maturet. Dum in his Germanus hae-

διαρρήδην πρὸς τῶν αἰχμαλώτων Γερμανὸν ἐν Σαρδικῇ εἶναι ἐς δέος ἦλθον. μέγα γὰρ ὄνομα ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους ὁ Γερμανὸς εἶχεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἡνίκα Ἰουστινιανὸς ὁ Γερμανοῦ θεῖος τὴν βασιλείαν εἶχεν, Ἄνται, οἳ Σκλαβηνῶν ἄγχιστα ᾤκηνται, Ἴστρον ποταμὸν διαβάντες στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλλον ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν. ἐτύγχανε δὲ Γερμανὸν βασιλεὺς Θρᾴκης
D ὅλης στρατηγὸν καταστησάμενος οὐ πολλῷ πρότερον. ὃς δὴ ἐς χεῖρας ἐλθὼν τῷ τῶν πολεμίων στρατῷ κατὰ κράτος τε μάχῃ νικήσας σχεδόν τι ἅπαντας ἔκτεινε, κλέος τε μέγα ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ὁ Γερμανὸς ἐς πάντας ἀνθρώπους καὶ διαφερόντως ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους περιεβάλλετο. δειμαίνοντες οὖν αὐτόν, ὥσπερ μοι εἴρηται, Σκλαβηνοί, ἅμα δὲ καὶ δύναμιν ἀξιολογωτάτην αὐτὸν ἐπάγεσθαι οἰόμενοι, ἅτε πρὸς βασιλέως στελλόμενον ἐπὶ Τωτίλαν τε καὶ Γότθους, ὁδοῦ μὲν εὐθὺς τῆς ἐπὶ Θεσσαλονίκην ἀπέσχοντο, ἐς δὲ τὸ πεδίον καταβῆναι οὐκέτι ἐτόλ-
P 561 μων, ἀλλὰ ξύμπαντα ὄρη τὰ Ἰλλυριῶν διαμείψαντες ἐν Δαλματίᾳ ἐγένοντο. ὧν δὴ ὁ Γερμανὸς ἀφροντιστήσας πάσῃ ἐπήγγελλε τῇ στρατιᾷ ξυσκευάζεσθαι, ὡς ἡμέραιν δυοῖν ὕστερον ὁδοῦ ἐνθένδε τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀρξόμενος. ἀλλά τις αὐτῷ ξυνέπεσε τύχη νοσήσαντι ἐξαπιναίως τὸν βίον διαμετρήσασθαι, εὐθυωρόν τε ὁ Γερμανὸς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἀνὴρ ἀνδρεῖός τε καὶ

1. Σαρδικῇ] σαρδηνῇ L. 2. ἦλθον] ἦλθε L. 3. Ἰουστινιανὸς] ἰουστῖνος L. 5. ἐσέβαλλον] ἐσέβαλον L. 11. περιεβάλλετο] περιεβάλετο L. 17. ὁ om. L. 19. ἀρξόμενος] ἀρξάμενος L. 20. εὐθυωρόν L corr. Vulgo εὐθύωρος. Vid. ad vol. I. p. 254, 11.

sitat; Sclaveni, ex captivis comperto Germani Sardicam adventu, trepidant. Erat enim apud hos Barbaros Germani nomen ex hoc admodum celebre. Quo tempore Iustinianus, Germani patruus, Imperium obtinuit, Antae Sclavenorum accolae. transito Istro, in Romanorum fines cum magno exercitu irruperunt. Germanus, recens ab Imperatore creatus Magister militum totius Thraciae, inito cum hostium copiis praelio, vi illas profligavit, et fere ad internecionem cecidit: quo facto Germanus cum apud omnes clarissimus evasit, tum vero maxime apud hos Barbaros. Itaque Sclaveni, ipsum, ut a me dictum est, veriti, ac simul rati florentissimo exercitu succinctum esse, utpote qui adversus Totilam et Gotthos ab Imp. mitteretur, coeptum Thessalonicam versus iter statim abrumpunt, neque ausi amplius in campos degredi, omnibus Illyrici montibus superatis, in Dalmatiam intrant. Securus iam ab illis Germanus, copiis edicit omnibus, ut vasa colligant, tanquam inde biduo post in Italiam profecturus. At infeliciter contigit, ut morbo correptus, repente vita cederet. Itaque Germanus subita morte interiit, singulari vir for-

δραστήριος ἐς τὰ μάλιστα στρατηγός τε ἄριστος καὶ αὐτουργὸς δεξιός, ἐν δὲ εἰρήνῃ καὶ ἀγαθοῖς πράγμασι τά τε νόμιμα καὶ τὸν τῆς πολιτείας κόσμον βεβαιότατα φυλάσσειν ἐξεπιστάμενος, δικάσας μὲν ὀρθότατα πάντων μάλιστα, χρήματα δὲ τοῖς δεομένοις B ἅπασι δεδανεικὼς μεγάλα καὶ τόκον οὐδ' ὅσον λόγῳ κεκομισμένος πρὸς αὐτῶν πώποτε, ἐν παλατίῳ μὲν καὶ τῇ ἀγορᾷ ἐμβριθέστατός τε καὶ σοβαρὸς ἄγαν, ἑστιάτωρ δὲ καθ' ἡμέραν οἴκοι ἡδύς τε καὶ ἐλευθέριος καὶ ἐπίχαρις, οὐδέ τι ἐν παλατίῳ ἁμαρτάνεσθαι παρὰ τὰ εἰωθότα ὅση δύναμις ξυγχωρῶν, οὐδὲ στασιώταις τοῖς ἐν Βυζαντίῳ τῆς βουλήσεως ἢ τῆς ὁμιλίας μεταλαχών ποτε, καίπερ καὶ τῶν ἐν δυνάμει πολλῶν ἐς τοῦτο ἀτοπίας ἐληλακότων. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε κεχώρηκε.

Βασιλεὺς δὲ τοῖς ξυμπεσοῦσι περιώδυνος γεγονὼς Ἰωάννην V 176 ἐκέλευε, τὸν Βιταλιανοῦ μὲν ἀδελφιδοῦν, Γερμανοῦ δὲ γαμβρόν, ξὺν Ἰουστινιανῷ θατέρῳ τοῖν Γερμανοῦ παίδοιν τῷ στρατῷ τούτῳ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἡγήσασθαι. καὶ οἱ μὲν τὴν ἐπὶ Δαλματίας C ᾔεσαν, ὡς ἐν Σάλωσι διαχειμάσοντες, ἐπεὶ ἀδύνατα σφίσιν ᾤοντο εἶναι τηνικάδε τοῦ καιροῦ περιιοῦσι τὴν τοῦ κόλπου περίοδον ἐς Ἰταλίαν κομίζεσθαι, διαπορθμεύεσθαί τε νηῶν σφίσιν οὐ παρουσῶν ἀμήχανα ἦν. Λιβέριος δέ, οὔπω τι πεπυσμένος ὧνπερ βασιλεῖ ἀμφὶ τῷ στόλῳ τούτῳ μετέμελε, Συρακούσαις προσέσχε πολιορκουμέναις πρὸς τῶν πολεμίων. βιασάμενός τε τοὺς ταύτῃ

1. στρατηγός] ἐν μὲν τῷ πολέμῳ στρατηγός L. 2. πράγμασι L in marg. γράμμασι in textu. 11. ποτε] πώποτε Reg. 19. τε] γὰρ L. 20. ἀμήχανα L. ἀμήχανον P.

titudine praeditus ac strenuitate: dux idem optimus, et ad res per se agendas dexter: in pace secundisque temporibus legum institutorumque civilium servantissimus, causas omnium aequissime iudicabat: roganti cuilibet data mutuo pecunia quamvis magna, a nemine usuram ne verbo quidem unquam exigebat. In Palatio ac foro gravissimus et maxime serius, domi quotidie convivator erat suavis, liberalis ac scitus. Ne quid in Palatio praeter solitum peccaretur, quoad poterat, obstabat. Ei nulla consiliorum societas, nulla erat consuetudo cum Circi Byzantini factiosis, quamvis multi, qui honoribus utebantur, in absurda illa studia prolaberentur. Sed haec hactenus.

Hinc dolens graviter Imperator, Ioanni, Vitaliani nepoti Germanique genero mandavit, ut cum altero Germani filio Iustiniano exercitum in Italiam duceret. Illi Dalmatiam petierunt, ea mente ut hiemem Salonis exigerent, cum id anni tempestas non videretur ipsis permittere, ut sinum circumeundo in Italiam pervenirent, nec transmittere possent, a navibus imperati. Liberius vero, nondum compertum habens mutasse Imperatorem quod de classis praefectura constituerat, Syracusas ab ho-

H 316 βαρβάρους ἔς τε τὸν λιμένα κατῆρε καὶ παντὶ τῷ στόλῳ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένετο. καὶ Ἀρταβάνης δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν Κε-
D φαλωνίᾳ γενόμενος, ἐπειδὴ τοὺς ἀμφὶ Λιβέριον ἤδη ἐνθένδε ἀναχθέντας ἐπὶ Σικελίας κεχωρηκέναι ἔγνω, ἄρας ἐνθένδε πέλαγος αὐτίκα τὸ Ἀδριατικὸν καλούμενον διέβη. ἐπεὶ δὲ Καλαβρῶν ἀγχοῦ ἐγένετο, χειμῶνός οἱ ἐξαισίου ἐπιπεσόντος καὶ τοῦ πνεύματος σκληροῦ τε ὑπεράγαν ὄντος καὶ ἀπ' ἐναντίας σφίσιν ἰόντος, οὕτως ἁπάσας διασκεδάννυσθαι τὰς ναῦς ξυνηνέχθη, ὥς δοκεῖν ὅτι δὴ αἱ πολλαὶ ἐς τὴν Καλαβρίαν ἐξενεχθεῖσαι ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο. οὐκ ἦν δὲ οὕτως, ἀλλὰ πρὸς τοῦ πνεύματος ξὺν βίᾳ πολλῇ διωθούμεναι ἀνέστρεφόν τε βιαζόμεναι ὑπερφυῶς καὶ αὖθις ἐν Πελοποννήσῳ ἐγένοντο. καὶ ταῖς ἄλλαις δὲ, ὅπη παρατύχῃ, ἢ διεφθάρθαι ἢ διασεσῶσθαι τετύχηκε. ναῦς δὲ μία,
P 562 ἐν ᾗ ἔπλει Ἀρταβάνης αὐτὸς, τοῦ ἱστοῦ οἱ ἐν τῷ σάλῳ τούτῳ ἀποκοπέντος, ἐς τοσόνδε κινδύνου ἐλθοῦσα, πρός τε τοῦ ῥοθίου φερομένη καὶ τῷ κλύδωνι ἐπισπομένη Μελίτῃ προσέσχε τῇ νήσῳ. οὕτω μὲν Ἀρταβάνην διασεσῶσθαι ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου ξυνέπεσε.

Λιβέριος δὲ οὔτε τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπεξιέναι, ἢ μάχῃ πρὸς αὐτοὺς οἷός τε ὢν διακρίνεσθαι, καὶ τῶν ἐπιτηδείων σφίσιν, ἅτε πολλοῖς οὖσιν, ἐς πλείω χρόνον οὐδαμῇ διαρκούντων ἄρας ἐνθένδε ξὺν τοῖς ἑπομένοις καὶ τοὺς πολεμίους λαθὼν ἐς Πάνορ-

2. κεφαλωνίᾳ Reg. et Pers. Vulgo Κεφαληνίᾳ. 6. ἐπιπεσόντος L. πεσόντος P. 8. ὡς δοκεῖν om. L. 13. ναῦς δὲ] ναῦς δὲ δὴ L. 15. τοσόνδε L. τοσοῦτον P. 16. ἐπισπομένη] ἐπισπωμένη P. 19. ἐπεξιέναι] ὑπεξιέναι Reg.

stibus obsessas appulit, et Barbarorum qui illic erant, perrupta custodia, portum tenuit, urbemque universa cum classe ingressus est. Haud multo post Artabanes, in Cephaloniam delatus, simul profectum inde Liberium in Siciliam navigasse cognovit, illinc et ipse solvens, mare, quod Adriaticum vocant, transmisit. Non procul aberat a Calabria, cum, orta horrida tempestate, vehementissimi ac reflantis venti vis naves omnes ita disiecit, ut esset opinio, multas in Calabriam abreptum iri, et in potestatem hostium venturas. Evenit aliter: vento violentissimo impulsae et foedissime iactatae retro cesserunt, et in Peloponnesum redierunt: caeterae, prout sors tulit, partim amissae, partim servatae sunt. Navis, qua Artabanes vehebatur, malo procella fracto, in summum discrimen venit, et maris cursum fluctuumque impetum sequens, Melitam insulam contigit. Sic demum Artabanes praeter expectationem sospes evasit.

At Liberius, cum ad faciendam in obsessores eruptionem, inferendumque praelium parum virium haberet, neque annona in longius spatium suppeditaret obsessis, utpote multis numero; inde cum suis solvit,

μον ἀνεχώρησε. Τωτίλας δὲ καὶ Γότθοι σχεδόν τι ἅπαντα λῃσάμενοι B τὰ ἐπὶ Σικελίας χωρία ἵππων μὲν ἐπαγόμενοι καὶ ζῴων ἄλλων τι χρῆμα μέγα, σῖτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους καρποὺς ἅπαντας ἐκ τῆς νήσου μετενεγκόντες καὶ πάντα τὰ χρήματα, κομιδῇ μεγάλα ὄντα, ἐν τοῖς πλοίοις ἐνθέμενοι, τήν τε νῆσον ἐξαπιναίως ἐξέλιπον καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀνέστρεφον, τρόπῳ ὁρμώμενοι τοιῷδε. τῶν τινα Ῥωμαίων, Σπῖνον ὄνομα, ἐκ Σπολητίου ὁρμώμενόν οἱ αὐτῷ πάρεδρον οὐ πολλῷ πρότερον καταστησάμενος Τωτίλας ἔτυχεν. οὗτος ἀνὴρ ἐν πόλει Κατάνῃ, ἀτειχίστῳ οὔσῃ, διατριβὴν εἶχε. τύχῃ τέ τις αὐτῷ ξυνέβη ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐνταῦθα γενέσθαι. ὃν δὴ ῥύεσθαι ὁ Τωτίλας ἐπειγόμενος τῶν C τινα ἐπιφανῶν γυναῖκα, αἰχμάλωτον οὖσαν, ἀφεῖναι Ῥωμαίοις ἀντ' αὐτοῦ ἤθελε. γυναῖκα δὲ Ῥωμαῖοι οὐδαμῇ ἐδικαίουν ἀνταλλάξασθαι ἀνδρὸς τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχοντος. δείσας οὖν ὁ ἀνὴρ μὴ παρὰ τοῖς πολεμίοις διαφθαρείη, ὡμολόγησε Ῥωμαίοις αὐτίκα Τωτίλαν ἀναπείσειν Σικελίας μὲν ἀπανίστασθαι, παντὶ δὲ τῷ Γότθων στρατῷ ἐς Ἰταλίαν διαπορθμεύσασθαι. καὶ οἱ μὲν ὅρκοις αὐτὸν σφίσιν ἀμφὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ καταληφθέντα Γότθοις ἀπέδοσαν, ἀντ' αὐτοῦ τὴν γυναῖκα κεκομισμένοι. ὁ δὲ Τωτίλᾳ ἐς ὄψιν ἥκων οὐκ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ ξυμφόρῳ Γότθους ἔφασκε Σικελίαν λῃσαμένους σχεδόν τι ὅλην ὀλίγων τινῶν φρουρίων διατριβὴν ἐνταῦθα ἔχειν. ἔναγχος γὰρ D

1. ἀνεχώρησε] ἀπεχώρησε Reg. 3. τι χρῆμα μέγα] μέγα τι χρῆμα L. 4. κομιδῇ μ. ὄντα] μ. ὄντα κομιδῇ L. 7. Σπῖνον] σπιὸν H. ibid. Σπολητίου] σπολιτίου HL.

et clam hostibus Panormum concessit. Tum Totilas et Gotthi, universa fere vastata Sicilia, equorum aliarumque pecudum abacta ingenti vi, frumento ac caeteris omnibus frugibus ex insula convectis, cunctis, denique opibus, sane maximis, in naves impositis; insula excesserunt inopinato, atque Italiam repetierunt, hoc modo ad id impulsi. Non ita pridem Totilas Romanum quemdam, Spinum nomine, ortu Spoletinum, Quaestorem suum creaverat. Hic vir, dum in urbe Catana, moenibus exuta, moraretur, casu quodam in manus hostium venit. Liberandi illius cupidissimus Totilas, captivam nobilem feminam Romanis pro ipso obtulit. Negarunt Romani virum, Quaestoris dignitate insignem, bene cum femina commutari. Hinc veritus Spinus ne ab hostibus neci daretur, Romanis promisit, se statim Totilae persuasurum, ut relicta Sicilia, universum Gotthorum exercitum traiiceret in Italiam. Eum Romani iureiurando, quo promissum firmavit, sibi obstrictum, Gotthis reddiderunt, recepta ipsius loco muliere. Is ut primum Totilam revisit, dixit non belle rebus consulere suis Gotthos, qui, Sicilia fere omni direpta, paucorum praesidiorum cupiditate ibi tenerentur: affirmavitque se modo,

ἰσχυρίζετο ἀκηκοέναι, ἡνίκα παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐτύγχανεν ὤν, Γερμανὸν μὲν τὸν βασιλέως ἀνεψιὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, Ἰωάννην δὲ τὸν αὐτοῦ κηδεστὴν καὶ Ἰουστινιανὸν τὸν αὐτοῦ παῖδα παντὶ τῷ στρατῷ πρὸς Γερμανοῦ ξυλλεγέντι εἶναι μὲν ἤδη ἐν
V 177 Δαλματίᾳ, εὐθὺ δὲ Λιγουρίας αὐτίκα δὴ μάλα ξυσκευαζομένους ἐνθένδε χωρήσειν, ἐφ᾽ ᾧ δὴ Γότθων ἐξ ἐπιδρομῆς παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσωσι καὶ χρήματα ληίσωνται πάντα, οἷσπερ ἡμᾶς ὑπαντιάζειν ἄμεινον ἂν εἴη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ξὺν τοῖς οἰκείοις διαχειμάζοντας. ἢν γὰρ ἐκείνων περιεσώμεθα, Σικελίας αὖθις ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ παρέσται ἡμῖν ἀδεέστερον ἐπιβήσεσθαι πολέμιον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχουσι. ταύτῃ ὁ Τωτίλας τῇ ὑποθήκῃ ἀνα-
P 563 πεισθεὶς φρουροὺς μὲν ἐν ὀχυρώμασι τέτρασιν εἴασεν, αὐτὸς δὲ ξύμπασαν τὴν λείαν ἐπαγόμενος παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Ἰταλίαν διεπορθμεύσατο. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράσσετο τῇδε.

Ἰωάννης δὲ καὶ ὁ βασιλέως στρατὸς ἀφικόμενοι ἐς Δαλματίαν ἐν Σάλωσι διαχειμάζειν ἔγνωσαν, ἐνθένδε μετὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν εὐθὺ Ῥαβέννης ὁδῷ ἰέναι διανοούμενοι. Σκλαβηνοὶ δέ, οἵ τε τὰ πρότερα ἐν γῇ τῇ βασιλέως γενόμενοι, ὥσπερ μοι ἔναγχος δεδιήγηται, καὶ ἄλλοι οὐ πολλῷ ὕστερον Ἴστρον τε
H 317 ποταμὸν διαβάντες καὶ τοῖς προτέροις ἀναμιχθέντες, κατέθεον ἐν

4. στρατῷ — ξυλλεγέντι] πρὸς γερμανῶν ξυλλεγέντι στρατῷ L. 7. ἀνδραποδίσωσι — ληίσωνται Reg. ἀνδραποδίσουσι — ληίσονται P. 12. φρουροὺς] φρουρὰς Reg. 15. ἀφικόμενοι] ἀφικόμενος H: illud Hm. *ibid.* ἐν δαλματίᾳ εἰς σάλωνας L. 18. γῇ τῇ L. τῇ γῇ P.

cum inter hostes versaretur, audisse, Germanum, Imperatoris nepotem, migrasse ex vita, ac Ioannem illius generum, Iustinianumque eiusdem filium, cum exercitu, quem Germanus collegerat, esse iam in Dalmatia, et primo quoque tempore collectis sarcinis, inde recta petituros Liguriam, ut subito incursu Gotthorum liberos et coniuges caperent, opesque omnes praedarentur. *Atqui*, inquit, *satius esset eorum consilio ire obviam, tuto cum nostris hiemantes. Nam si illos vicerimus, nobis ab hoste securis licebit iterum ineunte vere Siciliam invadere liberius.* Commonitione eiusmodi inductus Totilas, in locis quatuor firmioribus praesidia reliquit, et cum omni praeda caeterisque copiis in Italiam transfretavit. Haec ibi acta.

Ioannes vero et Imperatoris exercitus, cum in Dalmatiam pervenissent, Salonis hiemem traducere constituerunt, statim ab illius exitu Ravennam recta ire habentes in animo. At Sclaveni, tum qui prius in oras Imperatori subditas se intulerant, quemadmodum proxime commemoravi, tum qui paulo post, traiecto amne Istro, illis se permiscuerant,

πολλῇ ἐξουσίᾳ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. καὶ τινὲς μὲν ἐν ὑποψίᾳ εἶχον ὡς Τωτίλας τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους χρήμασι πολλοῖς ἀναπείσας ἐπιπέμψειε τοῖς ταύτῃ Ῥωμαίοις, ὅπως δὴ βασιλεῖ B
ἀδύνατα εἴη τὸν πρὸς Γότθους πόλεμον ἀσχολίᾳ τῇ ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους εὖ διοικήσασθαι. εἴτε δὲ Τωτίλᾳ χαριζόμενοι εἴτε ἄκλητοι Σκλαβηνοὶ ἐνταῦθα ἦλθον οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ἐς τρία μέντοι τέλη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες οἱ βάρβαροι οὗτοι ἀνήκεστα ἐν Εὐρώπῃ τῇ ὅλῃ ἔργα εἰργάσαντο, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ληιζόμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία, ἀλλ' ὥσπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ διαχειμάζοντες οὐδέν τε δεδιότες πολέμιον. ὕστερον δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς στρατιὰν ἀξιολογωτάτην ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἧς ἄλλοι τε καὶ Κωνσταντιανὸς καὶ Ἀράτιος καὶ Ναζάρης ἡγοῦντο καὶ Ἰουστῖνος ὁ Γερμανοῦ παῖς καὶ Ἰωάννης, ὅνπερ ἐπίκλησιν ἐκάλουν C
Φαγᾶν. ἐπιστάτην δὲ Σχολαστικὸν ἐφ' ἅπασι κατεστήσατο, τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ἕνα. οὗτος ὁ στρατὸς μοῖραν τῶν βαρβάρων καταλαμβάνουσιν ἀμφὶ Ἀδριανοῦ πόλιν, ἥπερ ἐπὶ Θρᾴκης ἐν μεσογείοις κεῖται, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν Βυζαντίου διέχουσα. καὶ πρόσω μὲν χωρεῖν οἱ βάρβαροι οὐκέτι εἶχον. λείαν γὰρ ἐπήγοντό ἀνθρώπων τε καὶ ζῴων ἄλλων καὶ πάντων χρημάτων ἀριθμοῦ κρείσσονα. μένοντες δὲ αὐτοῦ ἠπείγοντο τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰέναι, τούτοις δὲ αὐτοῖς αἴσθησιν ὡς ἥκιστα παρεχόμενοι. καὶ οἱ μὲν Σκλαβηνοὶ ἐστρατοπεδεύοντο ἐς τὸ ὄρος, ὃ ταύτῃ ἀνέ-

10. βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς] ἰουστ. β L. 11. ἐπ' L. ἐς P. 14. Σχολαστικὸν] σχολαστίκιον H: illud Hm. 17. διέχουσα] διέχουσαν Reg.

impunissime Romanum Imperium incursarunt. Nec deerant qui suspicarentur hos Barbaros multa pecunia pellectos immissosque a Totila in Romanos fuisse, ut ab illis districtus Imperator bellum Gotthicum bene administrare non posset. Sintne Totilae gratificati Sclaveni, an eo venerint non vocati, dicere nequeo. Divisis tripartito copiis, toti Europae damna gravissima intulerunt hi Barbari, non cursim populabundi; sed perinde ac si essent in suis finibus, sine ullo hostium metu hibernantes. In eos postmodum Imperator egregium destinavit exercitum: cuius cum alii Duces erant, tum Constantianus, Aratius, Nazares, Iustinus alter Germani filius, et Ioannes cognomine Heluo. Porro Scholasticum praefecit omnibus, unum e numero Eunuchorum Palatii. Barbarorum partem offendit hic exercitus ad Adrianopolin, urbem Thraciae mediterraneam, ac dierum iter quinque Byzantio dissitam. Iam Barbari progredi non poteraut. Etenim captivorum ac pecudum innumerabilem vim cum opibus cuiusquemodi abducebant. Quare eo loci haerentes, ad pugnam ita se expediebant, nihil ut hosti suboleret. Ac Slaveni quidem

χει, Ῥωμαῖοι δὲ οὐ πολλῷ ἄποθεν ἐν τῷ πεδίῳ. χρόνου δὲ σφίσιν ἐν ταύτῃ τῇ προσεδρείᾳ τριβομένου συχνοῦ ἤσχαλλόν τε οἱ
D στρατιῶται καὶ δεινὰ ἐποιοῦντο, τοῖς στρατηγοῖς ἐπικαλοῦντες, ὅτι δὴ αὐτοὶ τὰ ἐπιτήδεια ξύμπαντα εὔπορα ἔχοντες, ἅτε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες, τοὺς στρατιώτας περιορῶσι τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ πιεζομένους καὶ οὐ βούλονται τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰέναι. οἷς δὴ οἱ στρατηγοὶ ἀναγκασθέντες τοῖς ἐναντίοις ξυνέμιξαν. καὶ γίνεται μὲν καρτερὰ μάχη, ἡσσῶνται δὲ κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι. ἔνθα δὴ στρατιῶται μὲν πολλοί τε καὶ ἄριστοι θνήσκουσιν, οἱ δὲ στρατηγοὶ παρ' ὀλίγον ἐλθόντες ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι ξὺν τοῖς καταλοίποις μόλις διαφυγόντες ἐσώθησαν, ὥς πη ἑκάστῳ δυνατὰ γέγονε. καὶ Κωνσταντιανοῦ δὲ τὸ σημεῖον οἱ βάρβαροι εἷλον, τοῦ τε Ῥωμαίων
P 564 στρατοῦ ἐς ὀλιγωρίαν τραπόμενοι πρόσω ἐχώρουν. καὶ χώραν τὴν Ἀστικὴν καλουμένην ἐληΐζοντο κατ' ἐξουσίαν, ἀδῄωτον ἐκ παλαιοῦ οὖσαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ λείαν αὐτοὺς πολλήν τινα ἐνταῦθα εὑρεῖν ξυνηνέχθη· οὕτω δὲ χώραν πολλὴν ληιζόμενοι ἄχρι ἐς τὰ μακρὰ τείχη ἀφίκοντο, ἅπερ ὀλίγῳ πλέον ἢ ἡμέρας ὁδὸν Βυ-
V 178 ζαντίου διέχει. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ὁ Ῥωμαίων στρατὸς τούτοις δὴ ἐπισπόμενοι τοῖς βαρβάροις, μοίρᾳ τε αὐτῶν ἐντυχόντες τινὶ καὶ ἐξαπιναίως ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐτρέψαντο. καὶ τῶν μὲν πολεμίων πολλοὺς ἔκτειναν, Ῥωμαίων δὲ τῶν αἰχμαλώτων μέγα τι διεσώσαντο χρῆμα, τό τε Κωνσταντιανοῦ σημεῖον εὑρόντες

1. οὐ πολλῷ — πεδίῳ] ἐν τῷ πεδίῳ οὐ πολλῷ ἄποθεν L. 2. προσεδρείᾳ] Vulgo προσεδρίᾳ. 14. χώραν om. L. 18. ἡμέρας ὁδὸν Reg. ὁδῷ ἡμέρας P.

in monte, qui illic eminet, Romani vero in planitie castra metati sunt. Diu sederant, cum victi impatientia milites, de Ducibus cum indignatione coepere queri, quod dum ipsi, utpote Romani Duces, cibariis omnibus abundarent, milites despicarentur victus inopia pressos, nec manum cum hostibus conferre vellent.. His querelis adacti Duces cum hoste confligunt. Fervet proelium: vi demum victis Romanis, milites multi, iique fortissimi, ibi cadunt: Duces, ab hostibus tantum non capti, vixque elapsi cum reliquis, evadunt quo cuique licet. Constantini vexillum cepere Barbari, ac spreto Romanorum exercitu ulterius progressi, Asticam, quam appellant, regionem vastarunt, iamdiu intactam: quamobrem praedam ibi copiosissimam invenerunt. Late facta populatione, pervenerunt ad Muros longos, qui Byzantio diei itinere paulo amplius distant. Aliquanto post Romanus exercitus hos secutus Barbaros, partemque eorum nactus, repentino ipsos fuderunt impetu, ac caesis plurimis, captivorum Romanorum ingentem receperunt numerum, et

ἀνείλοντο. οἱ δὲ λοιποὶ βάρβαροι ξὺν τῇ ἄλλῃ λείᾳ ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν.

2. ἀπεκομίσθησαν] „In edit. Augustana liber hic supervacanea clauditur repetitione profectionis Germani, cuius obitum iam supra auctor narravit.“ Malt. Verba illa, quae etiam in L leguntur, haec sunt, *Γερμανὸν δὲ τὸν ἀνεψιὸν βασιλέως* (*τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ* L) *ἄνδρα πατρίκιον ἐπὶ τωτίλαν* (*τουτίλλαν* L, ut supra saepissime) *τε καὶ γότθους ξὺν στρατῷ ἔπεμψεν, ἄλλους τε ἄρχοντας ἕσεσθαί* (*ἕπεσθαι* L) *οἱ κελεύσας καὶ τὸν βιταλιανοῦ ἀδελφιδοῦν καὶ αὐτοῦ κηδεστὴν ἰωάννην.*

inventum Constantiani vexillum retulerunt: reliqui Barbari cum reliqua praeda domum reversi sunt.

P 565
V 179
H 318

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Δ'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Δ'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Δ'. P.

PROCOPII CAESARIENSIS
HISTORIARUM TETRADIS II.
LIBER IV.

ARGUMENTUM.
EX EDITIONE MALTRETI.

Argumentum libri huius proponit Auctor, et ad bellum Persicum prosequendum accingitur, suscepta Ponti Euxini descriptione. (Cap. 1.) *Descriptio Ponti Euxini ab urbe Calchedone, ad Apsilios.* (2.) *Mons Caucasus, geminaeque eius Portae. Hunni Sabiri. Amazones. Abasgi Christiani. Hos Iustinianus Eunuchos fieri vetat.* (3.) *Bruchi. Zecchi. Sagidae. Sebastopolis et Pityus. Eulysia. Gotthi Tetraxitae Episcopum a Iustiniano Aug. petunt.* (4.) *Uturguri Cuturgurique unde dicti. Antiquae Tetraxitarum sedes. Cerva fugiens vadum monstrat. Gotthorum migratio. Eorum sedes Cuturguri occupant. Tetraxitae in adversam continentem commigrant. Uturguri manent in patria. Taurica, ibique templum Dianae. Urbes Bosporus, Cherso, Cepi, Phanaguris. Istri fons et cursus. Mensura ambitus Ponti Euxini.* (5.) *Utrum Tanais Asiam ab Europa dividat, an Phasis? Unde oriatur Pontus Euxinus? Aristoteles ad Euripum haeret. Fretum Siculum. Duplex aquae cursus in Bosporo Thracio.* (6.) *Quid Chosroem Persarum Regem ad Colchicam expeditionem induxerit. Urbs Dara ab eodem frustra tentata.* (7.) *Redit Auctor ad institutam Cap.* 1. *narrationem de Persarum in Colchidem irruptione, Choriane duce. Lazorum inconsulta ferocia. Gubazis, ipsorum Regis, oratio. Instruuntur acies. Lazorum fuga. Artabanis certamen. Confligunt acies. Choriane occiso, profligantur Persae.* (8.) *Dagisthaeus a Lazis proditionis accusatus, in carcerem coniicitur. Bessas, Magister militum per Armenias, destinatur in Lasicam: cuius Reges a Romanis uro-*

res sibi petere consueverant. Abasgorum defectio. Trachea, locus. Romani Abasgos adoriuntur et profligant. (9.) *Tzibilum Apsiliae castellum occupant Persae; deinde caesi ob flagitium ducis. Chosroes ab Anatozado filio offenditur. Natura valetudinarius, Tribunum Medicum, virum optimum, summe colit. Anatozadum rebellem foede plectit.* (10.) *Exeunt induciae. Mutuae legationes. Isdigunae legati Persarum fastus. Braducionem interpretem occidit Chosroes. Romani in Lazica Petram obsident. Suffodiunt murum. Eorum conatus irritus. Sabiri partim Romanis, partim Persis addicti. Arietem leviorem fabricantur novo invento. Admoventur machinae; quae Persae naphtha sive oleo Medeae comburere satagunt. Bessae Magistri militum grandaevi mira vis. Persae in turri lignea deflagrant. Urbem Romani capiunt.* (11.) *Persae, qui in Petrae arcem confugerant, ad deditionem invitati, arcis incendio perire malunt, quam se hosti permittere. Chosrois in re cibaria Petrae congerenda liberalitas, et in aquaeductu extruendo solertia. Bessas captivos Byzantium mittit; muros Petrae diruit; ab Imperatore, adeoque ab omnibus commendatur.* (12.) *Mermeroës Persarum Dux Petram serius petit. Copias Archaeopolin ducit cum elephantibus. Sordida Bessae cupiditas. Nimia Iustiniani in Praefectos indulgentia. Scanda et Sarapinis Lazicae castella. Rhodopolin evertunt Lazi. Romanorum in stativis agentium fuga.* (13.) *Archaeopolis situs. Eam Mermeroës obsidet. Romani oratione Ducum incensi erumpunt, ac Persarum caedem efficiunt. Turbatus elephas furit. Hinc Auctor ad Edessam digreditur, ubi compertum est turbari elephantes grunnitu suis. Ibidem visum prodigium. Persae obsidionem solvunt. Mermeroës in Muchiresin concedit, et Cutatisium castellum reficit.* (14.) *A Persis quinquennales inducias turpiter emit Iustinianus Augustus. Procopii in scribendo libertas. Post vindemiam racemi aliique fructus nascuntur.* (15.) *Lazi Romanis offensi. Persae Uckimerium castellum obtinent, opera Theophobii. Gubazes Lazorum Rex in montibus hiemat. Mermeroë per litteras hortante, ut a Romanis deficiat, in fide manet.* (16.) *Ex India Monachi bombycum ova deferunt, et conficiendi serici rationem Romanos docent. Induciis a Chosroë confirmatis, nihilominus bellum adhuc in Lazica geritur. Rerum status in Africa.* (17.) *Gepaedes et Longobardi ad pugnam inter se incundam parati, terrore panico distrahuntur. Eorum Principes Thorisinus et Auduinus inducias pangunt. Gepaedes Cuturguros in Rom. Imperium immittunt. Iustinianus Uturguros in Cuturguros excitat. Eorum pugna.* (18.) *Romani apud Cuturguros captivi elabuntur. Cuturguri, audita suorum clade, cum Romanis pactionem faciunt. Sedes illis in Thracia Imperator attribuit. Hac de re per Legatos expostulat Sandil Uturgurorum Princeps.* (19.) *Varnorum sedes. Brittiae insulae situs et populi. Hermegisclus Varnorum Rex sororem Theodeberti Francorum Regis ducit uxorem, et filium Radigerem ex priori coniuge susceptum despondet sorori Regis Anglorum. Hermegisclus mortis augur suae, infringit filii sponsalia, eumque maritum novercae destinat. Offensa Regis Anglorum soror, bello Radigerem petit, profligat, capit. Brittiae insulae pars muro divisa, ac vivis hominibus inhabitabilis, animas defunctorum accipere creditur, scaphis vectas opera remigum, Franciae Regibus subditorum.* (20.) *Redit Auctor ad bellum Gotthicum. Belisario impensus honos Byzantii. Ioannes Salonis hiemat. Cur Iustinianus bello Gotthico Narsetem praefecerit. Narses aliquandiu Philippopoli subsistit. Inde Italiam petit.* (21.) *Totilas Senatores nonnullos Romam revocat. Romanorum in conservandis urbis ornamentis diligentia. Descriptio navis Aeneae. De Calypsus insula coniectura Procopii. Navis lapidea in Corcyra Iovi Casio posita: et Dianae altera in Euboea. Sepulcrum Anchisae.* (22.) *Anconam Gotthi terra marique obsident. Valerianus Ioannem per litteras hortatur, ut obsessis suppetias*

finiri quisquam asserat: neque enim firma ratione nititur haec sententia: sed hic quoque angustiae loci praevaleant necesse est. At neque ita omnino, ut alii existimant, se res habet. Nam constat testimonio piscatorum istius orae, non totum undarum agmen recta Byzantium petere: verum eas quae superficiem obtinent nobisque apparent, illum habere cursum; quae vero sunt infra, ubi est quae dicitur abyssus, lapsu, aquis superioribus manifeste contrario, subire et meare semper adversum aequoris faciem. Itaque, cum intenti capiendis piscibus, ibi lineas miserint, hae semper Hierum versus abripiuntur subterlabentis aquae vi. Tota demum Lazicae ora mare a progressu arcet, ipsius cursum reprimens, efficitque ut ibi primum ac solum sistat, a summo utique rerum opifice illic positis ipsi finibus. Etenim mare, ubi littus id attigit, nec porro funditur, nec tollitur altius; quamvis innumeros maximosque fluvios undique se exonerantes accipiat, sed retro labitur; ac modum sibi praescriptum servans, intra fines suos se continet, quasi legem revereatur quamdam, cuius necessitate rite coërcitum caveat ne quid ex con-

ἀπ' ἐναντίας αὐτῇ, ἀλλ' ἐκ πλαγίου ξυμβαίνει κεῖσθαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων γινωσκέτω τε καὶ λεγέτω ἕκαστος ὅπη αὐτῷ φίλον.

P 581 ζ. Ὅτου δὲ ὁ Χοσρόης ἕνεκα Λαζικῆς μεταποιεῖσθαι διὰ
σπουδῆς εἶχεν ἤδη μὲν πρόσθεν μοι ἐρρήθη· ὃ δὲ δὴ αὐτόν τε
καὶ Πέρσας μάλιστα πάντων ἐς τοῦτο ἤνεγκεν, ἐνταῦθα δηλώσω,
ὅτι δὴ καὶ χώραν τήνδε περιηγησάμενος ξύμπασαν σαφῆ τὸν περὶ
τούτου πεποίηκα λόγον. πολλάκις οἱ βάρβαροι οὗτοι, Χοσρόου
σφίσιν ἡγουμένου, στρατῷ μεγάλῳ ἐμβαλόντες ἐς Ῥωμαίων τὴν
γῆν οὐκ εὐδιήγητα μὲν τοῖς πολεμίοις ἐπήνεγκαν πάθη, ὥσπερ
V 190 μοι ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν λόγοις ἐρρήθη, αὐτοῖς δὲ ὄφελος οὐδ'
B ὁτιοῦν ἀπενεγκαμένοις ἐνθένδε τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασι
πρόσθεν κεκακωμένοις ξυνέπεσε. πολλοὺς γὰρ ἀποβεβληκότες
ἀεὶ ἀπηλλάσσοντο ἐκ Ῥωμαίων τῆς γῆς. διὸ δὴ ἐς ἤθη ἐπανιόν-
τες τὰ πάτρια Χοσρόῃ ὡς λαθραιότατα ἐλοιδοροῦντο καὶ δια-
φθορέα τοῦ Περσῶν γένους αὐτὸν ἀπεκάλουν. καί ποτε καὶ ἐκ
Λαζικῆς ἐπανήκοντες, ἐπειδὴ ἐνταῦθα πάθεσιν ἔτυχον ὡμιληκό-
τες ἀνηκέστοις τισί, ξυστήσεσθαί τε ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐπ' αὐτὸν
ἔμελλον καὶ διαχρήσεσθαι θανάτῳ οἰκτίστῳ, εἰ μὴ προμαθὼν
C ἐφυλάξατο θωπείᾳ πολλῇ τοὺς ἐν σφίσι λογιμωτάτους περιελθών.
καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀπολογεῖσθαι τὴν κατηγορίαν ἐθέλων μέγα τι ὀφε-

2. ὅπη Reg. ὅπως P. 9. ἐμβαλόντες] ἐμβάλλοντες H. 10. ὥσπερ] ἅπερ L. 13. πρόσθεν LHm. πρὸς δὲ HP. *ibid.* κεκακωμένοις Hm. κεκακῶσθαι HP. 14. ἤθη] ἔθνη L. 15. χοσρόη L. Vulgo Χοσρόην. 19. διαχρήσασθαι L.

stitutis violare videatur. Nec vero ullum aliud littus adversum est mari: sed illi omnia obliqua sunt. Porro de his sentiat quisque et pronuntiet prout ipsi libuerit.

7. Cuius rei causa Lazicam Chosroës in ditionem suam subiungere contenderit, iam supra dixi: quid vero maxime illum Persasque ad id moverit, hic declarabo commode, quando lucem praefert enarratio, qua totam illam regionem paulo ante descripsi. Saepe quidem hi Barbari, duce Chosroë, Romanum Imperium ingressi cum magnis copiis, hostem calamitatibus infandis affecerant, quas in libris ea de re scriptis recensui. At ipsi non modo nullum inde lucrum retulerant, sed iacturam etiam fecerant pecuniarum et corporum. Semper enim ex finibus Romanorum excesserant, multis suorum desideratis. Quare in patriam reversi, clam Chosroi maledicebant, eumque gentis Persicae extinctorem vocabant. Aliquando ex Lazica reduces, cum ibi dira perpessi essent, aperta conspiratione ipsum crudeliter de medio tollere pararunt: fecissentque, nisi ille praemonitus periculum avertisset, multis blanditiis optimates deliniens. Atque ut reprehensionem elevaret, studium contu-

λος Περσῶν τῇ ἀρχῇ ἐκπορίζεσθαι διὰ σπουδῆς εἶχε. πόλει γοῦν Δάρας αὐτίκα ἐγκεχειρηκὼς ἀπεκρούσθη ἐνθένδε, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἐς ἀπόγνωσίν τε τῆς τοῦ χωρίου ἐπικρατήσεως παντάπασιν ἦλθεν. οὐδὲ γὰρ αὐτὸ ἐξ ἐπιδρομῆς ἐξαιρήσειν τὸ λοιπὸν εἶχεν, οὕτω φυλασσομένων τῶν ἐκείνῃ φρουρῶν, οὐ μὴν οὐδὲ πολιορκῶν μηχανῇ τινι περιέσεσθαι αὐτῶν ἤλπιζε. τά τε γὰρ ἄλλα τῶν ἐπιτηδείων ἐς ἀεὶ ἐν πόλει Δάρας διαρκῶς ἐξεπίτηδες D ἐπικείμενά ἐστιν, ὅπως δὴ ἐς μέγα τι χρόνου διαρκέσειε μῆκος, καὶ πηγὴ ἄγχιστά πη φυομένη ἐν χώρᾳ κρημνώδει ποταμὸν ἀπεργάζεται μέγαν, ὅσπερ τῆς πόλεως εὐθὺ φέρεται, οὐ δυναμένων τῶν ἐπιβουλεύειν ἐφιεμένων ἑτέρωσέ πη αὐτὸν ἀποτρέπειν ἢ τρόπῳ τῳ ἄλλῳ διὰ τὴν δυσχωρίαν βιάζεσθαι. ἐπειδὰν δὲ τοῦ περιβόλου ἐντὸς γένηται, τήν τε πόλιν περιιὼν ξύμπασαν καὶ τὰς ταύτῃ δεξαμενὰς ἐμπλησάμενος εἶτα ἔξεισιν, ὡς ἀγχοτάτω τε τοῦ περιβόλου ἐς χάος ἐμπεσὼν ἀφανίζεται. καὶ ὅπῃ ποτὲ τὸ ἐνθένδε ἐκδίδωσιν οὐδενὶ γέγονε φανερὸν ἐς τόδε τοῦ χρόνου. τοῦτο δὲ τὸ χάος οὐκ ἐπὶ παλαιοῦ γεγονὸς ἔτυχεν, ἀλλὰ χρόνῳ πολλῷ ὕστε- P 582
ρον ἢ τὴν πόλιν Ἀναστάσιος βασιλεὺς ἐδείματο ταύτην, ἡ φύσις αὐτοῦ τοῦ χωρίου ἀπαυτοματίσασα ἔθετο, καὶ δι' αὐτὸ ξυμβαίνει τοῖς προσεδρεύειν ἐθέλουσιν ἀμφὶ πόλιν Δάρας πιέζεσθαι ὕδατος ἀπορίᾳ πολλῇ.

Ταύτης οὖν, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἀποτυχὼν ὁ Χοσρόης τῆς πείρας ἐς ἔννοιαν ἦλθεν ὡς, ἣν καὶ πόλιν οἱ Ῥωμαίων ἑτέ-

2. ὥσπερ] ἧπερ Reg. 7. διαρκῶς] διηνεκῶς H. 8. ἐστιν ἐξεπ. διακείμενα L. 13. ἐντὸς] εὐθὺ L. 19. δι' αὐτὸ] διὰ τοῦτο Reg. 22. ὥσπερ μοι] ὅπερ L.

lit ad Persarum ditionem luculenta aliqua accessione augendam. Itaque protinus urbem Daram aggressus est: at inde, ut dixi, repulsus, expugnandi loci spem omnem abiecit. Nam nec subito impetu illum capere deinde poterat, stationariis munitum intentissimis; nec si obsideret, ullo modo eos se subacturum sperabat. Quippe urbs Dara consulto repositam semper habet cibariorum cuiusquemodi copiam, quae in multum tempus sufficiat, et fons in vicino praecipitio scatens magnum flumen efficit, quod recta ad urbem labitur; ita ut infesta nulla vi alio detorqueri, neque ullo pacto inhiberi possit, repugnante loci iniquitate. Intra muros admissus, postquam urbem totam pererravit, eiusque implevit receptacula, exit, ac sub moenibus voragine haustus sic latet, ut quo postea erumpat, nondum cuiquam compertum sit. Nec vetus est vorago illa; sed sponte eius opifex fuit natura loci, multis post annis, quam Anastasius Augustus urbem illam condidit. Quo fit ut qui urbem Daram obsidione cingunt, aquae penuria plurimum laborent.

Hoc igitur frustra, ut dicebam, conatus Chosroës, id secum reputavit, licet aliam forte quampiam Romanae ditionis urbem caperet, nun-

ραν τινὰ παραστήσασθαι δυνατὰ εἴη, ἀλλὰ καθίζεσθαι οὐ μή ποτε οἷός τε εἴη ἐν μέσῳ Ῥωμαίων, ὀχυρωμάτων τοῖς πολεμίοις ἀπολελειμμένων ὀπίσω πολλῶν. καὶ Ἀντιόχειαν γὰρ τούτου δὴ ἕνεκα ἐς ἔδαφος καθελὼν ἀπηλλάγη ἐκ Ῥωμαίων τῆς γῆς. διὸ B δὴ μετεωρισθεὶς τὴν διάνοιαν ἐπὶ μακροτέρας ἐλπίδος ᾠχεῖτο, διερευνώμενος ἀμήχανα ἔργα. ἀκοῇ γὰρ ἔχων ὅντινα τρόπον οἱ H 328 ἐπ' ἀριστερᾷ πόντου τοῦ Εὐξείνου, οὗτοι δὴ βάρβαροι, ἀμφὶ τὴν Μαιῶτιν ᾤκηνται λίμνην καὶ ἀδεῶς κατατρέχουσι Ῥωμαίων τὴν γῆν, οὕτω καὶ Πέρσαις Λαζικὴν ἔχουσι πόνῳ οὐδενὶ δυνατὰ ἔσεσθαι ἔλεγεν, ἡνίκα ἂν βουλομένοις ᾖ, εὐθὺ Βυζαντίου ἰέναι, οὐδαμῇ διαπορθμευομένοις τὴν θάλασσαν, ὡς καὶ τὰ ἄλλα βαρβαρικὰ ἔθνη, ἃ ταύτῃ ἵδρυται, ἐς ἀεὶ δρῶσι. διὰ ταῦτα μὲν Λαζικῆς Πέρσαι μεταποιοῦνται. ἐγὼ δὲ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην ἐπάνειμι.

C η'. Χωριάνης μὲν οὖν καὶ ὁ Μήδων στρατὸς ἐστρατοπεδεύσαντο ἀμφὶ τὸν ποταμὸν Ἵππιν. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα Γουβάζης τε, ὁ Κόλχων βασιλεὺς, ἔμαθε καὶ Δαγισθαῖος, ὅσπερ ἡγεῖτο τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, ἐς πάγκοινον βουλευσάμενοι ἦγον ἐπὶ τοὺς πολεμίους τὸ Ῥωμαίων τε καὶ Λαζῶν στράτευμα. γενόμενοί τε Ἵππιδος τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ θάτερα καὶ αὐτοῦ ἐνστρατοπεδευσάμενοι τὰ παρόντα ἐν βουλῇ εἶχον, πότερα μένουσί τε αὐτοῖς V 191 D καὶ δεχομένοις ἐπιόντας τοὺς ἐναντίους ξυνοίσει μᾶλλον ἢ ἐπὶ

1. δυνατὰ Reg. δυνατὸν P. 4. ἕνεκα] εἵνεκα H. ibid. καθελὼν] ἡνίκα ἐξεῖλεν add. H. 10. ἔλεγεν om. L. 11. οὐδαμῇ Reg. οὐδαμοῦ P. ibid. ὡς] ὥσπερ L. 12. ἃ om. L in textu. ibid. ἵδρυται] ἵδρυνται Hm. 16. τὸν om. L. 17. δαγισθέος L. 18. ἐς πάγκοινον] ἐπίκοινα Reg. 22. ἐναντίους] πολεμίους Reg.

quam tamen inter Romanos sedem sibi stabilem fore, si multa illi a tergo praesidia retinerent: quae causa fuerat, cur Antiochiam everteret, pedemque ex Romano solo efferret. Quare animo arduorumque facinorum cupiditate elatus, spem longius extendit. Etenim fama eductus, uti Barbari, qui a laeva Ponti Euxini paludem Maeotidem accolunt, Imperium Romanum libere incursent, ita Persis liberum ac promptum fore dicebat, occupata semel Lazica, Byzantium ire recta, quoties vellent, non traiecto mari, ut facere solent caeterae gentes Barbarae, quae in illis partibus habitant. Haec porro sunt, quae Persas ad Lazicam obtinendam inducunt: nunc unde deflexit oratio, illuc redeat.

8. Ergo Chorianes et Medorum exercitus castra ad fluvium Hippim metati sunt. Qua de re certiores facti Gubazes Colchorum Rex, ac Dagisthaeus exercitus Romani Dux, collatis consiliis, Romanorum Lazorumque copias in hostem ducunt. Ultra amnem Hippin progressi, castris ibi positis, cum re praesenti deliberant, satiusne sit presso pede

τοὺς πολεμίους σφίσιν ἰτέον, ὅπως δὴ θάρσους τοῦ σφετέρου
ποιησάμενοι ἐπίδειξιν Πέρσαις, ἔνδηλά τε τοῖς ἐναντίοις κατα-
στησάμενοι ὡς καταφρονήματι ἐπ' αὐτοὺς ἴωσι, τῆς τε ξυμβο-
λῆς αὐτοὶ ἄρξονται καὶ δουλῶσαι τῶν ἀνθισταμένων τὸ φρόνημα
ἱκανοὶ εἶεν. ἐπειδή τε ἡ γνώμη ἐνίκα τῶν ἐπὶ τοὺς πολεμίους πα-
ρακαλούντων, ὥρμηντο ἐπ' αὐτοὺς εὐθὺς ἅπαντες. ἐνταῦθα
Λαζοὶ Ῥωμαίοις ξυντάσσεσθαι οὐκέτι ἠξίουν, προτεινόμενοι ὅτι P 583
δὴ Ῥωμαῖοι μὲν οὔτε πατρίδος οὔτε τῶν ἀναγκαιοτάτων προκιν-
δυνεύοντες ἐς τὸν ἀγῶνα καθίστανται, αὐτοῖς δὲ ὑπέρ τε παίδων
καὶ γυναικῶν καὶ γῆς τῆς πατρῴας ὁ κίνδυνός ἐστιν. ὥστε κἂν
γυναῖκας τὰς σφετέρας ἐρυθριῷεν, εἰ σφίσι πρὸς τῶν ἐναντίων
κρατεῖσθαι ξυμβαίη. ταύτῃ δὴ τῇ ἀνάγκῃ τὴν οὐκ οὖσαν αὐτοῖς
ἀρετὴν αὐτοσχεδιάσειν ὑπώπτευον. πρῶτοι δὲ αὐτοὶ κατὰ μόνας
ὤργων τοῖς πολεμίοις ὁμόσε ἰέναι, ὅπως αὐτοὺς μὴ ξυνταράξω-
σιν ἐν τῷ ἔργῳ Ῥωμαῖοι, οὐχ ὁμοίως σφίσιν ἐς τὸν κίνδυνον
προθυμούμενοι. ταῦτα νεανιευσαμένων Λαζῶν περιχαρὴς ὁ
Γουβάζης γενόμενος μικρόν τε ἄποθεν Ῥωμαίων αὐτοὺς ξυγκαλέ- B
σας τοιάδε παρεκελεύσατο „Παραίνεσιν μὲν ἐς εὐψυχίαν ὁρμῶ-
σαν οὐκ οἶδα εἴ τινα δεῖ πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ποιεῖσθαι. οἷς
γὰρ ἡ τῶν πραγμάτων ἀνάγκη τὴν προθυμίαν ἀνίστησι, παρακε-
λεύσεως ἂν οὐδεμιᾶς προσδεῖν οἴομαι, ὅπερ καὶ ἡμῖν ἔν γε τῷ πα-

1. ὅπως] ὅπερ H. 3. τῆς τε] τε om. Reg. 4. αὐτῆς ἄρχοντες δουλῶσαι Reg. 8. ἀναγκαιοτάτων Hm. ἀναγκαίων P. 12. κρατεῖσθαι ξυμβαίη (ξυμβαίνει Reg.)] ξυμβαίνει κρατεῖν L. ibid. δὴ] γὰρ L. 15. ὁμοίως] ὅμοια L. 17. μικρόν τε] μικρὸν δὲ L. 21. ὅπερ καὶ L. ὥσπερ καὶ P. ibid. ἡμῖν] ὑμῖν Hm. omisso καί.

hostem opperiri, eiusque impetum excipere, quam ipsum invadere: ut Persis exhibentes speciem praesentis animi, ac generosum in petendis illis contemptum prae se ferentes, praelium lacessant, itaque animos adversariorum consternent. Eorum, qui in hostes impellebant, vincente sententia, ilicet cuncti adversum illos proficiscuntur. Tum recusare Lazi aciem cum Romanis unam componere, causam hanc afferentes, quod Martis aleam non subirent Romani pro patria ac summa sibi necessitudine coniunctis: ipsi vero pro liberis, uxoribus, ac focis dimicarent: ita ut conspectum vererentur coniugum, si ab hoste victi discederent. Qua necessitate factum iri putabant, ut fortis animus, quo carebant, adesset. Quocirca impatienter optabant, primi hostem seorsum aggredi, ne in re agenda a Romanis perturbarentur, haud pari secum ardore discrimen praelii adeuntibus. Hac Lazorum ferocia laetus Gubazes, illos non procul a Romanis convocatos eiusmodi oratione hortatus est. *Nescio, Viri, num apud vos verbis opus sit ad excitandos animos comparatis. Nulla enim hortatione egere illos existimo, quos animat accenditque*

ρόντι τετύχηκεν. ὑπὲρ γυναικῶν γὰρ καὶ παίδων καὶ γῆς τῆς πατρῴας καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὑπὲρ τῶν ὅλων ὁ κίνδυνός ἐστιν, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἐπίασι Πέρσαι. τοῖς δέ τι ἀφαιρεῖσθαι τῶν ὑπαρχόντων βιαζομένοις οὐδεὶς τῶν πάντων παραχωρεῖ, ἐπιμάχεσθαι τῶν προσηκόντων ἀναγκαζούσης τῆς φύσεως. οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ ὡς C Πέρσαις τὴν πλεονεξίαν οὐδὲν ἵστησιν, ἐν ἐξουσίᾳ γεγονόσι τοῦ δύνασθαι, οὐδὲ ἄρξουσι μόνον ἡμῶν ἢ τάξουσι φόρους ἢ τἄλλα κατηκόους ποιήσονται, εἴ τι μὴ ἐπιλελήσμεθα ὧν ὁ Χοσρόης ἐγκεχείρηκεν ἐφ᾽ ἡμῖν οὐ πολλῷ πρότερον, ἣν νῦν περιέσωνται ἡμῶν τῷ πολέμῳ. ἀλλὰ μηδὲ ἄχρι τοῦ λόγου προϊέτω μοι τὰ τῆς Περσῶν πείρας, μηδὲ διαλιπέτω τὸ Λαζῶν ὄνομα. οὐ χαλεπὸς δέ, ὦ ἄνδρες, ἡμῖν ὁ πρὸς Μήδους ἀγών, πολλάκις αὐτοῖς καὶ ἐς χεῖρας ἐλθοῦσι καὶ ὑπερβαλλομένοις τῇ μάχῃ. τῷ γὰρ ξυνειθισμένῳ τὸ δύσκολον οὐδαμῇ πάρεστι, προδαπανηθείσης τῆς τοῦ ἔργου ταλαιπωρίας μελέτῃ καὶ πείρᾳ. ὥστε διὰ τοῦτο καὶ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, ἅτε νενικημένων ἐν ξυμ- D βολαῖς καὶ οὐχ ὡς ὁμοίως θρασυνομένων ἡμᾶς δεήσει. φρόνημα γὰρ δουλωθὲν ἅπαξ παλινδρομεῖν ἥκιστα εἴωθε. ταῦτα τοίνυν ἐκλογιζόμενοι μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος τοῖς ἐναντίοις ὁμόσε χωρεῖτε.“

1. γῆς addidi ex L. 3. ἡμῖν] ὑμῖν L. 5. δὲ add. L. 6. Πέρσαις] περσῶν L ibid. γεγονόσι om. L. 8. ὁ om. L. 9. ἐφ᾽ ἡμῖν] ἐφ᾽ ὑμῖν Hm. ibid. ἣν νῦν] ἢ οὖν L. ibid. περιέσωνται L. περιέσονται P. 10. ἡμῶν] ὑμῶν L. 11. διαλειπέτω L. 12. ἡμῖν] ὑμῖν L. 13. ὑπερβαλλομένους L. 14. ξυνεθιζομένῳ Reg. 17. ὡς om. L. ibid. ἡμᾶς] ἡμῶν L. ἡμῖν Scaliger.

rerum necessitas, qualis modo nobis incidit. Siquidem in hoc proelio, de uxoribus, liberis, patria, uno verbo, de summa rerum agitur, cuius gratia Persae nobis arma inferunt. At nemo omnium unus est, qui bonorum suorum partem aliquam vi auferentibus cedat, tueri quae ad ipsum pertinent cogente natura. Nec vos latet effraenem et impotentem esse cupiditatem Persarum, ubi semel potestatem nacta est. Profecto si nos iam debellabunt, haud contenti dominatione, vectigalia imponent, ac caetera in subditos exercebunt, sat cognita; nisi quid forte eorum, quae in nos Chosroes non ita pridem suscepit, obliti sumus. Agite vero, ne verbis tenus se mihi prodat vestra in adoriendis Persis alacritas, neque ignaviae notam subeat Lazorum nomen. Nec nobis grave sit pugnare cum Medis, postquam multa cum illis proelia secunda fecimus. Abest enim a consuetudine difficultas, sublata iam laboris molestia, exercitatione et usu. Est igitur cur hostem ideo contemnatis, quia saepe acie victus, vobis animo concedit. Nec vero redire solet animus, cum semel abscessit constrictus metu. Eiusmodi cogitationibus ac spe bona pleni hostem invadite.

Τοσαῦτα Γουβάζης εἰπὼν ἐξῆγε τὸ Λαζῶν στράτευμα, καὶ
ἐτάξαντο ὧδε. πρῶτοι μὲν οἱ Λαζῶν ἱππεῖς τεταγμένοι ἀπ'
ἐναντίας ᾔεσαν, ὄπισθεν δὲ οὐκ ἄγχιστά πη, ἀλλ' ὡς ἀπωτάτω,
ἡ Ῥωμαίων ἵππος αὐτοῖς εἵπετο. τούτων δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων
ἡγοῦντο Φιλήγαγός τε, Γήπαις γένος, δραστήριος ἀνήρ, καὶ
Ἰωάννης Ἀρμένιος, διαφερόντως ἀγαθὸς τὰ πολέμια, Θωμᾶ
υἱὸς, ὅνπερ ἐπίκλησιν ἐκάλουν Γούζην, οὗ δὴ κἀν τοῖς ἔμπρο-
σθεν λόγοις ἐμνήσθην. ἐν ὑστέρῳ δὲ Γουβάζης τε ὁ Λαζῶν βα- P 584
σιλεὺς καὶ Δαγισθαῖος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ξὺν τοῖς ἀμφοτέ-
ρων πεζοῖς εἵποντο, λογισάμενοι ὡς, εἰ τοῖς ἱππεῦσι τραπῆναι
ξυμβαίη, ἐς αὐτοὺς ῥᾷστα σωθήσονται. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν καὶ
Λαζοὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ ἐτάξαντο, Χωριάνης δὲ ἄνδρας μὲν χι-
λίους τῶν οἱ ἑπομένων ἀπολεξάμενος τεθωρακισμένους τε καὶ
τἄλλα ἐξωπλισμένους ὡς ἄριστα, πρόσω ἐπὶ κατασκοπῇ ἔπεμ-
ψεν, αὐτὸς δὲ παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ὄπισθεν ᾔει, φυλακτή- H 329
ριον ὀλίγων τινῶν ἐν στρατοπέδῳ ἀπολιπών. προτερήσασα δὲ ἡ
Λαζῶν ἵππος ἀτιμάζει τὰς ἐπαγγελίας οἷς ἔδρασεν, ἐπὶ τῶν ἔρ-
γων διαβαλοῦσα τὰς πρόσθεν ἐλπίδας. τοῖς γὰρ τῶν πολεμίων B
προδρόμοις ἐντετυχηκότες ἐξαπιναίως, οὐκ ἐνεγκόντες τε τὴν αὐ- V 192
τῶν ὄψιν, στρέψαντες αὐτίκα τοὺς ἵππους, κόσμῳ οὐδενὶ ὀπίσω
ἀνέστρεφον, τοῖς τε Ῥωμαίοις ἐπειγόμενοι ἀνεμίγνυντο, ἐς αὐ-
τοὺς οὐκ ἀπαξιοῦντες καταφυγεῖν, οἷς δὴ ξυντάσσεσθαι τὰ πρό-
τερα ὤκνουν. ἐπειδὴ δὲ ἀμφότεροι ἀλλήλων ἄγχιστα ἵκοντο,

7. Γούζην] γοβίζην H. 8. τε ὁ L. τε καὶ ὁ P. 11. ξυμβαίη] ξυμβαίνει Reg. 20. στρέψαντες] τρέψαντες Reg. 21. ἐπειγόμενοι] ἐπιγινόμενοι Reg.

Haec locutus Gubazes, Lazorum copias eduxit. Sic autem acies instructa erat, ut primi adversum hostes incederent Lazorum equites. Pone longo intervallo sequebatur equitatus Romanus: cuius ductores erant Philegagus, natione Gepaes, vir strenuus, et Ioannes, Armenius bellicosissimus, Thomae filius, cognomine Guzes, cuius mentionem feci in superioribus libris. Postremum locum obtinebant Gubazes Lazorum Rex, Romanorumque Dux Dagisthaeus cum utriusque gentis peditatu, eo consilio, ut si forte equites terga verterent, ad hunc facile se reciperent. Ita quidem Romani Lazique se ordinarunt. Chorianes vero loricatos caeterisque armis egregie munitos viros mille, quos e suis delegerat, exploratum praemisit, et cum reliquo exercitu subsecutus est, paucis ad castrorum custodiam relictis. At praevius Lazorum equitatus promissa factis contrariis turpiter fallit, spem pristinam damnans atque evertens re secus gesta. Nam cum in hostium praecursores repente incidisset, eorum conspectum non sustinens, illico flexis equis incomposite rediit, ac propere se Romanis admiscuit, non dubitans ad eos perfugere, quibuscum antea iungere aciem recusaverat. Postquam ad se in-

χειρῶν μὲν τὰ πρῶτα οὐδέτεροι ἦρχον οὐδὲ ξυνέμισγον, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων ἑκάτεροι ἐπιόντων μὲν ἀνεπόδιζον, ὑποχωρούντων δὲ ἐπεβάτευον, ἔς τε ὑπαγωγὰς καὶ παλιώξεις καὶ ἀγχιστρόφους C μεταβολὰς πολύν τινα κατέτριψαν χρόνον.

Ἦν δέ τις Ἀρταβάνης ὄνομα ἐν τούτῳ τῷ Ῥωμαίων στρατῷ, Περσαρμένιος γένος, ὅσπερ ἐς Ἀρμενίους τοὺς Ῥωμαίων κατηκόους πολλῷ πρότερον ἀπηυτομοληκὼς ἔτυχεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ φόνῳ Περσῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν μαχίμων, Ῥωμαίοις τὴν ἐς αὐτοὺς πίστιν πεποιημένος ἐχέγγυον. Βαλεριανῷ γὰρ τότε στρατηγοῦντι ἐν Ἀρμενίοις ἐς ὄψιν ἐλθὼν ἄνδρας πεντήκοντα τῶν παρὰ Ῥωμαίοις οἱ αὐτῷ διδόναι ἐδεῖτο. τυχών τε ὧνπερ ἐβούλετο, ἐς φρούριον ἐν Περσαρμενίοις κείμενον ᾔει. οἵ δὴ ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι Περσῶν φυλακτήριον ὑπὸ τῷ φρουρίῳ αὐτὸν ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἐδέξαντο, οὔπω ἔνδηλον ὄντα ὅτι δὴ D μεταπορευθεὶς τὴν πολιτείαν νεωτερίζει. ὁ δὲ τούς τε εἴκοσι καὶ ἑκατὸν κτείνας καὶ ξύμπαντα ληισάμενος τὰ ἐν τῷ φρουρίῳ χρήματα, μεγάλα ὑπερφυῶς ὄντα, παρὰ Βαλεριανὸν καὶ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ᾔει, πιστός τε σφίσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ φανεὶς Ῥωμαίοις τὸ λοιπὸν ξυνεστράτευεν. οὗτος Ἀρταβάνης ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ δύο ξὺν αὐτῷ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἐν μεταιχμίῳ ἐγένετο, οὗ δὴ ἀφίκοντο καὶ τῶν πολεμίων τινές. ἐφ᾽

8. παλιώξεις] παλινδιώξεις Reg. 9. αὐτοὺς] αὐτὸν L. 10. πεντήκοντα ῥωμαίους οἱ L. Ῥωμαίους etiam ex Reg. affertur. 12. ἐν Περσ. L. Aberat ἐν. „Videtur addenda praepositio ἐν.“ Malt.

vicem accesserunt utrique, principio neutra acies in pugnam coorta est, nec signa contulit, utraque sic alternante, ut modo cederet irruentibus adversariis, modo recedentibus instaret. In huiusmodi cursibus recursibusque et reciprocis impressionibus multum temporis contritum est.

Quidam erat in Romano exercitu Persarmenius, Artabanes nomine: qui ad Armenios Romanis subditos multo ante transfugerat, non simplici modo, at Persarum bellatorum cxx. caede suam in Romanos fidem testatus. Cum enim Valerianum adisset, tunc temporis Magistrum militum per Armenias, ab eo viros quinquaginta Romanae ditionis petierat, ac voti compos, contulerat sese in Persarmeniae castellum: quo a Persis praesidiariis loci cxx. admissus cum comitatu, antequam constaret eum ad aliam Rempublicam transgressum nova tentare; illis cxx. caesis, ac direptis omnibus castelli opibus, sane magnis, ad Valerianum Romanumque exercitum venerat: ex illo perspecta ipsius fide, eum Romani militiae suae ascriptum deinceps habuerant. Hic Artabanes, cum ad istud certamen ventum esset, assumptis duobus Romanis militibus, inter utramque aciem stetit, eoque ex hostibus quidam progressi sunt. In

οὓς Ἀρταβάνης ὁρμήσας, τῶν Περσῶν ἕνα, ψυχῆς τε ἀρετῇ καὶ σώματος ἀλκῇ ἐπιεικῶς μέγαν, τῷ δόρατι εὐθὺς ἔκτεινεν, ἔκ τε τοῦ ἵππου ῥίψας προσουδίζει χαμαί. τῶν δέ τις βαρβάρων παρὰ P 585 τῷ πεπτωκότι ἑστὼς ξίφει κατὰ κόρρης ἐπάταξε τὸν Ἀρταβάνην οὐ καιρίαν πληγήν. ἅτερός τε τῶν τῷ Ἀρταβάνῃ ἐπισπομένων, Γότθος γένος, τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα, τὴν χεῖρα ἔτι ἐν τῇ τοῦ Ἀρταβάνου κεφαλῇ ἔχοντα, κατὰ λαγόνα ἐπιτυχὼν τὴν εὐώνυμον διεχρήσατο. καὶ οἱ χίλιοι τοῖς ξυμπεπτωκόσιν ἐκπεπληγμένοι ὀπίσω ἐχώρουν, τόν τε Χωριάνην ξὺν τῷ ἄλλῳ Περσῶν τε καὶ Ἀλανῶν στρατῷ ἔμενον καὶ οὐκ ἐς μακρὰν ἀνεμίγνυντο σφίσιν.

Ἤδη δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ Γουβάζην καὶ Δαγισθαῖον πεζοὶ ἐς ἱππεῖς τοὺς σφετέρους ἀφίκοντο καὶ ἡ μάχη ἐν χερσὶν ἀμφοτέρωθεν B ἦν. τότε δὴ Φιλήγαγός τε καὶ Ἰωάννης, ἐλάσσους εἶναι ἢ ἐνεγκεῖν ἐπιοῦσαν τὴν τῶν βαρβάρων ἵππον οἰόμενοι, μάλιστα ἐπεὶ ἐπέγνωσαν τὴν Λαζῶν δύναμιν, ἀπὸ τῶν ἵππων ἀποθορόντες ταὐτὰ ποιεῖν ἀναγκάζουσι Ῥωμαίους τε καὶ Λαζοὺς ἅπαντας. ἐς φάλαγγά τε ὡς βαθυτάτην ταξάμενοι πεζοὶ μετωπηδὸν ἀντίοι τοῖς πολεμίοις ἔστησαν ἅπαντες, τὰ δόρατα ἐπανατεινόμενοι σφίσιν. οἱ δὲ βάρβαροι οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται (οὔτε γὰρ ἐπιδραμεῖν πεζοῖς γε οὖσι τοῖς ἐναντίοις ἠδύναντο οὔτε αὐτῶν ξυνταράξαι τὴν φάλαγγα οἷοί τε ἦσαν) ἐπεὶ αὐτοῖς οἱ ἵπποι ταῖς τε τῶν δοράτων αἰχμαῖς καὶ τῷ τῶν ἀσπίδων πατάγῳ ἀχθόμενοι

2. ἔκ — χαμαί] Suidas s. v. προσουδίζει. 4. τῷ πεπτωκότι] τὸν πεπτωκότα Reg. 5. τῶν om. L. ibid. ἐπισπομένων] ἐπισπόμενος L. 9. ξὺν] σὺν L. 16. ἐπέγνωσαν] ἀπέγνωσαν L. 17. ταὐτὰ] ταὐτὸν L.

quos irruens Artabanes, Persam, animo et corpore valentissimum, hasta protinus conficit, atque equo deiectum humi sternit. Tum lapso astans unus e Barbaris, vulnus quidem ense infligit Artabanis capiti, at non letale. Manum hic nondum ab Artabanis capite retraxerat, cum ipsi vitam eripuit, a laeva confodiens ilia, alter comitum Artabanis. His attoniti praecursores mille, et retrogressi, Chorianem cum caeteris Persarum Alanorumque copiis expectarunt, ac brevi illis se adiunxerunt.

Iam vero et pedites, quibus Gubazes ac Dagisthaeus erant succincti, ad equitatum suum se admovent, et conseruntur utrinque manus. Tum Philegagus et Ioannes, quoniam se impares sustinendae equitatus Barbarici impressioni iudicabant, praesertim facto iam periculo virium Lazorum, desilierunt ex equis, et Romanos Lazosque omnes perpulerunt idem ut facerent. Altissima acie compositi, obversique hosti omnes pedibus stetere, intentis hastis. Hic haerere Barbari. Nam neque incursibus agitare adversarios, utpote pedites, neque eorum aciem turbare poterant, cum et hastarum cuspidibus, et clypeorum crepitu externati

C ἀνεχαίτιζον, ἐπὶ τὰ τόξα ἔβλεπον ἅπαντες, ἐλπίδι θαρροῦντες
ὡς πλήθει βελῶν ῥᾷστα τοὺς πολεμίους ἐς φυγὴν τρέψονται. καὶ
Ῥωμαῖοι ξὺν Λαζοῖς ἅπασι ταὐτὸ τοῦτο ἐποίουν. ἑκατέρωθεν
τε συχνὰ ἐς ἀλλήλους τοξεύματα ᾔει, ἔκ τε ἀμφοτέρων πολλοὶ
ἔπιπτον. Πέρσαι μὲν οὖν καὶ Ἀλανοὶ μάλιστα ξυνεχῆ τὰ βέλη
πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ ἐναντίοι ἠφίεσαν. ἀλλ' αὐτῶν τὰ πολλὰ
ἐς τὰς ἀσπίδας ξυνέβαινεν ἀποκρούεσθαι. ἐν τούτῳ δὲ τῷ πο-
λέμῳ Χωριάνῃ τῷ Περσῶν ἄρχοντι βεβλῆσθαι ξυνέβη. ὑφ'
ὅτου μέντοι οὗτος ἀνὴρ βληθείη, φανερὸν οὐδενὶ γέγονεν, ἐπεὶ
οὕτω πως ἐκ τοῦ ὁμίλου ἰὼν ὁ ἄτρακτος ἔς τε τοῦ ἀνθρώπου τὸν
αὐχένα παγεὶς εὐθυωρὸν αὐτὸν διεχρήσατο, ἑνός τε θανάτῳ
H 330 ἀνδρὸς ἥ τε μάχη ἐλύθη καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἡ νίκη ἐχώρει. ὁ
D μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἵππου ἐς τὸ ἔδαφος ἐπὶ στόμα πεσὼν ἔκειτο, δρό-
V 193 μῳ δὲ πολλῷ ἐπὶ τὸ χαράκωμα οἱ βάρβαροι ᾔεσαν, οἵ τε Ῥω-
μαῖοι ξὺν τοῖς Λαζοῖς ἐπισπόμενοι πολλοὺς ἔκτειναν, ἐλπίδα
ἔχοντες αἱρήσειν αὐτοβοεὶ τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον. ἀλλά
τις τῶν Ἀλανῶν ἐς εὐψυχίαν σώματος ἰσχύϊ ἥκων, τοξεύειν
τε συχνὰ ἐφ' ἑκάτερα διαφερόντως ἐξεπιστάμενος, ἐς τοῦ χάρα-
κος τὴν εἴσοδον στενοτάτην οὖσαν εἱστήκει, ἐμπόδιός τε τοῖς
ἐπιοῦσι παρὰ δόξαν ἐπὶ πλεῖστον ἐγίνετο. Ἰωάννης δὲ, ὁ τοῦ
Θωμᾶ παῖς, μόνος ὡς ἀγχοτάτω παρ' αὐτὸν ἥκων ἐξαπιναίως

1. θαρσοῦντες L. 4. συχνὰ] συχνῶς H: συχνὰ Hm. 5. ξυνε-χῆ] συνεχῆ L. 6. ἠφίεσαν] ἀφίεσαν Reg. ibid. τὰ πολλὰ] τὰ om. L. 7. δὲ om. L. 9. γέγονεν] γέγονε L. ibid. ἐπεὶ οὕτω πως] τύχῃ γάρ τινι L. 12. ἐλύθη P. ἐκλίθη HL. „l6. ἐλύθη" Hm. ibid. πρὸς τοὺς ῥωμαίους L. 15. ἔκτειναν] ἔκτεινον L. 17. ἐς εὐψυχίαν — ἰσχύϊ] εὐψυχίας πέρι — ἰσχύος L. Quo recepto εὖ ἥκων scribendum. 19. στενοτάτην] στενω-τάτην L. 21. αὐτὸν L. αὐτῷ P.

equi sese efferrent. Ad arcus demum cuncti respiciunt, ea spe, fore ut sagittarum ingenti numero hostem facillime in fugam vertant. Idem Romani cum Lazis omnibus faciunt. Denso hinc inde telorum ingruente nimbo, multi in utraque acie cadunt. Crebriores quidem sagittas missitabant Persae, et Alani, quam adversarii; sed pleraeque scutis repellebantur. In hoc praelio Chorianes vulnus accepit, cuius auctor nescitur. Nam veniens ex conferta multitudine sagitta, ac cervici viri infixa, eum illico peremit. Unius caede dirempto certamine, Romanis cessit victoria. Nam simul ex equo ille in terram pronus volutus est, castra Barbari effuso cursu repetierunt. Instare cum Lazis Romani, et stragem edere, spe incensi, fore ut primo impetu castra hostium caperent. Verum Alanus quidam, forti animo et valenti corpore praeditus, ac peritissimus crebras impellendi sagittas utroque versus, castrorum aditu, qui erat angustissimus, occupato, diu praeter opinionem invadentibus restitit. Denique Ioannes, Thomae filius, proxime solus accedens, hasta de-

τὸν ἄνθρωπον δόρατι ἔκτεινεν, οὕτω τε Ῥωμαῖοι καὶ Λαζοὶ τοῦ στρατοπέδου τῶν πολεμίων ἐκράτησαν. καὶ τῶν βαρβάρων πλεῖστοι μὲν αὐτοῦ διεφθάρησαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπεκομίσθησαν ἐς τὰ P 586
πάτρια ἤδη, ὡς ἑκάστῳ δυνατὰ γέγονεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ Περσῶν ἐσβολὴ ἐς γῆν τὴν Κολχίδα γενομένη ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. καὶ ἄλλη δὲ Περσῶν στρατιὰ τοὺς ἐν Πέτρᾳ φρουροὺς τῷ τε τῶν ἐπιτηδείων πλήθει καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐπιρρώσαντες ἀνεχώρησαν.

θ'. Ἐν τούτῳ δὲ τάδε ξυνηνέχθη γενέσθαι. Λαζοὶ Λα- B
γισθαῖον ἐς βασιλέα διέβαλον, ἐς Βυζάντιον ἥκοντες, προδοσίαν τε καὶ μηδισμὸν ἐπιφέροντες. Πέρσαις γὰρ αὐτὸν ἰσχυρίζοντο ἀναπεισθέντα οὐ βεβουλῆσθαι καταπεπτωκότος τοῦ Πέτρας περιβόλου ἐπιβατεῦσαι, τούς τε πολεμίους θυλάκους μεταξὺ ψάμμου ἐμπλησαμένους καὶ αὐτῶν τὰς ἐπιβολὰς ἀντὶ λίθων ποιησαμένους τοῦ περιβόλου ὅσα καταπεπτώκει κρατύνασθαι ταύτῃ. ἔλεγόν τε ὡς Δαγισθαῖος, εἴτε χρήμασιν εἴτε ὀλιγωρίᾳ ἐς τοῦτο ἠγμένος, τὴν ἐπίθεσιν ἐς ἕτερόν τινα χρόνον ἀπέθετο, καὶ τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν ἐν τῷ παραυτίκα μεθῆκεν, ἧς γε οὐκέτι ἀντι- C
λαβέσθαι οἷός τε ἐγεγόνει. αὐτὸν οὖν βασιλεὺς ἐν τῷ οἰκήματι καθείρξας ἐτήρει. Βέσσαν δὲ, ἐξ Ἰταλίας οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν ἥκοντα, στρατηγὸν Ἀρμενίων καταστησάμενος ἐς Λαζικὴν πέμ-

2. τῶν πολεμίων om. L. 4. μὲν οὖν HL. οὖν μὲν P. 6. ἄλλη δὲ] ἄλλη δὴ L. 10. διέβαλλον L. ibid. ἥκοντες] ἥκοντα Reg. 11. μηδισμὸν] ὀνειδισμὸν L. 12. τοῦ — περιβόλου Reg. τῷ — περιβόλῳ P. 15. ταύτῃ κρατύνασθαι L. 18. ἀντιλαβέσθαι] λαβέσθαι Reg. Vulgatum habet Suidas s. v. ἀκμή. 19. ἐγεγόνει Reg. et Suidas. ἐγένετο P.

repente confecit hominem: itaque Romani et Lazi castris hostilibus potiti sunt. Ibi caesis Barbarorum quamplurimis, reliqui, prout cuique licuit, in patriam remigrarunt. Eum habuit exitum haec in Colchidem irruptio Persarum: quorum alter etiam exercitus abscessit, cum Petrae praesidium uberi annona caeterisque rebus omnibus firmasset.

9. Interea Lazi, qui Byzantium venerant, Dagisthaei nomen de proditione, et cum Medis consensione ad Imperatorem detulerant, asseverantes illum, Persarum suasu, Petrae muros labe pervios noluisse invadere, spatiumque hostibus dedisse ruinas omnes muniendi, congestis lapidum vice culeis arena plenis. Dicebant Dagisthaeum, sive pecunia ad id inductum, sive negligentia, aggressionem reiecisse in aliud tempus, et rei bene gerendae opportunitatem tunc omisisse, quam postea recuperare non potuisset. Propterea Imperator ipsum custodia attineri iussit, et Bessam, qui ex Italia non ita pridem redierat, ornatum Magisterio militiae per Armenias, misit in Lazicam, ut agenti in illis parti-

πει, ἄρχειν ἐπαγγείλας τοῦ ἐνταῦθα Ῥωμαίων στρατοῦ. οὗ δὴ καὶ Βενίλος, ὁ Βούζου ἀδελφὸς, ξὺν στρατῷ ἤδη σταλεὶς ἔτυχε καὶ Ὀδόναχός τε καὶ Βάβας ἐκ Θρᾴκης καὶ Οὐλίγαγος Ἔρουλος γένος. ὅ τε Ναβέδης ἐσβαλὼν ἐς Λαζικὴν στρατῷ ἄλλο μέν τι
D λόγου ἄξιον οὐδὲν ἔδρασεν, Ἀβασγοῖς δὲ ἀποστᾶσιν ἀπό τε Ῥωμαίων καὶ Λαζῶν ἐπιχωριάσας τῇ στρατιᾷ ταύτῃ, παῖδας τῶν ἐν σφίσι λογίμων ἑξήκοντα ἐν ὁμήρων λόγῳ πρὸς αὐτῶν ἔλαβε. τότε δὲ ποιούμενος ὁ Ναβέδης ὁδοῦ πάρεργον, καὶ Θεοδώραν Ὀψίτῃ ξυνοικήσασαν (ὃς ἐγεγόνει Γουβάζου μὲν θεῖος, Λαζῶν δὲ βασιλεὺς) εὑρὼν ἐν Ἀψιλίοις εἷλεν, ἔς τε τὰ Περσῶν ἤθη ἀπήνεγκε. Ῥωμαία δὲ γένος ἡ γυνὴ ἐτύγχανεν οὖσα, ἐπεὶ ἐκ παλαιοῦ οἱ Λαζῶν βασιλεῖς ἐς Βυζάντιον πέμποντες βασιλέως τε γνώμῃ ξυνιόντες ἐς κῆδός τισι τῶν ἀπὸ τῆς ξυγκλήτου βουλῆς γυναῖκας ἐνθένδε γαμετὰς ἐκομίζοντο. καὶ Γουβάζης ἀμέλει Ῥω-
P 587 μαίας γυναικὸς ἐγεγόνει γόνος. ὅτου δὲ ἕνεκα οἱ Ἀβασγοὶ οὗτοι ἐς ἀπόστασιν εἶδον, ἐγὼ δηλώσω.

Ἐπειδὴ βασιλεῖς τοὺς σφετέρους καθεῖλον, ᾗπέρ μοι ἔναγχος διηγήγηται, στρατιῶται Ῥωμαίων πρὸς βασιλέως στελλόμενοι, ἐπεχωρίαζόν τε αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον καὶ προσποιεῖσθαι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ τὴν χώραν ἠξίουν, καινά τε αὐτοῖς ἄττα ἐπέταττον. οἷσπερ Ἀβασγοὶ βιαιοτέροις οὖσιν ἀτεχνῶς ἀπήχθοντο. δείσαντες οὖν μὴ Ῥωμαίων δοῦλοι τὸ λοιπὸν ἔσονται, τοὺς ἄρχον-

8. Βάβας] ὁ βάβας HL. ibid. Οὐλίγαγγος H. 13. συγκλήτου L. 15. γόνος] γένος L. 17. μοι om. L. 18. βασιλέως Maltretus. Vulgo βασιλέων. 21. ἀπήχθοντο] ἤχθοντο Reg.

bus exercitui Romano praeesset. Eodem cum copiis iam missi fuerant Buzis frater Benilus, Odonachus, Babas natione Thrax, et Uligagus Erulus. Lazicam ingressus Nabedes cum exercitu, nihil, quod esset operae pretium, fecit: tantum inter Abasgos, qui a Romanis Lazisque desciverant, versatus cum suis copiis, accepit obsides sexaginta filios Procerum illius gentis. Tum quoque Nabedes Theodoram, uxorem Opsitis, qui Gubazis patruus Lazorumque Rex fuerat, in Apsilia nactus, eam obiter ac praeter itineris institutum captam, abduxit in Persidem. Erat haec genere Romana mulier. Quippe iam inde olim Lazorum Reges per Legatos Byzantium missos affinitatem cum aliquibus Senatoribus de sententia Imperatoris iungebant, atque hinc ducebant uxores. Certe Gubazes Romanae erat feminae filius. Iam quae causa defectionis Abasgorum extiterit, declarabo.

Cum Reges suos, uti paulo ante narravi, de medio sustulissent, inter eos versati iamdiu milites, qui ab Rom. Imperatore missi fuerant, Romano Imperio regionem illam vendicare aggressi sunt, ac nova quaedam tributa irrogarunt. Iniquiorem vim gravissime ferentes Abasgi, veritique ne Romanis postmodum servirent, iterum sibi crearunt regulos,

τας αὖθις κατεστήσαντο σφίσιν, Ὀψίτην μὲν ὄνομα ἐς τῆς χώρας τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, Σκεπαρνᾶν δὲ ἐς τὰ πρὸς ἑσπέραν. V 194 ἐς ἀγαθῶν γὰρ ἐκπεπτωκότες ἀπόγνωσιν τὰ πρότερον δόξαντα σφίσι μοχθηρὰ εἶναι τῶν ἐπιγενομένων, ἅτε πονηροτέρων ὄντων, B ὡς τὸ εἰκός, ἀντηλλάσσοντο, δύναμίν τε ἀπ' αὐτοῦ τὴν Ῥωμαίων δειμαίνοντες Πέρσαις ὡς λαθραιότατα προσεχώρησαν. ὅπερ ἐπεὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἤκουσε, Βέσσαν ἐκέλευε στράτευμα λόγου ἄξιον ἐπαγόμενον ἐπ' αὐτοὺς ἰέναι. ὁ δὲ πολλοὺς ἀπολεξάμενος τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, ἄρχοντάς τε ἐπιστήσας αὐτοῖς Οὐλίγαγόν τε καὶ Ἰωάννην τὸν Θωμᾶ υἱὸν, αὐτίκα ἐπὶ τοὺς Ἀβασγοὺς ναυσὶν ἔπεμψεν. ἐτύγχανε δὲ ἅτερος μὲν τῶν ἐν Ἀβασγοῖς ἡγουμένων, Σκεπαρνᾶς ὄνομα, ἐν Πέρσαις τινὰ διατριβὴν ἔχων. μετάπεμπτος γὰρ ὀλίγῳ πρότερον παρὰ Χοσρόην ἀφῖκτο. ὁ δὲ δὴ ἕτερος, τὴν Ῥωμαίων μαθὼν ἔφοδον, τούς τε Ἀβασγοὺς ἅπαν- C τας ἤγειρε καὶ ὑπαντιάζειν διὰ σπουδῆς εἶχε. H 331

Ἔστι δὲ χῶρος μετὰ τοὺς Ἀψιλίων ὅρους ἐν τῇ ἐς τὴν Ἀβασγίαν εἰσόδῳ τοιόσδε· ὄρος ὑψηλὸν ἐκ τῶν Καυκασίων ἀρχόμενον καὶ κατὰ βραχὺ ἐλασσούμενόν τε καὶ ὑπολῆγον ὥσπερ τις κλῖμαξ κατατείνει καὶ τελευτᾷ ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. καὶ φρούριον μὲν ἐχυρώτατον καὶ μεγέθους πέρι ἀξιολογώτατον ἐκ παλαιοῦ οἱ Ἀβασγοὶ ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ ὄρους τούτου ἐδείμαντο. οὗ δὴ καταφεύγοντες ἐκκρούουσιν ἀεὶ τὰς τῶν πολεμίων ἐφόδους,

5. ἀντηλλάσσοντο L. ἀπηλλάσσοντο P. *ibid.* ἀπ'] ἀντ' L. 6. ὅπερ] ἅπερ Reg. 8. ἀποδεξάμενος Reg. 9. Οὐλίγαγγον H. Et sic infra. 11. ναυσὶν ἔπεμψεν] ᾔει H. *ibid.* ἀφῖκτο] Legebatur ἀφίκετο. 16. Ἀψιλίων] ἀψιλίας Reg. 20. ἐχυρώτατον] ὀχυρώτατον Reg. ἐχυρώτατόν τε L.

Opsitem in parte exortiva, et Sceparnam ad Occidentem. Nimirum in desperationem delapsi, quae prius gravia iudicaverant, consequentibus gravioribus non immerito praeoptarunt, ac Romanae potentiae metu impulsi, in Persarum fidem occultissime se contulerunt. Qua de re factus certior Iustinianus Augustus Bessae mandavit ut validas in eos copias duceret. Ille multis e Romano lectis exercitu, Uligagum et Ioannem Thomae filium duces praeposuit, et mari in Abasgiam celeriter misit. Ac Principum quidem Abasgorum alter, Sceparnas nomine, tunc temporis in Perside morabatur, a Chosroë paulo ante accitus Alter vero, Romanorum adventu cognito, Abasgos omnes coëgit, seque ad occursum expediit.

Trans Apsiliorum fines, in Abasgiae aditu, locus est istiusmodi situ. Mons excelsus, et a Caucasiis propagatus, paulatim decrescit, ac scalarum instar inclinans dorsum, pertingit desinitque ad Pontum Euxinum. In ima parte eiusce montis olim Abasgi castrum validissimum amplissimumque condiderunt. Eo confugere soleat, et prohibere incursus ho-

οὐδαμῇ ἐχόντων τὴν δυσχωρίαν βιάζεσθαι. μία δὲ εἴσοδός ἐστιν εἰσάγουσα ἔς τε τὸ φρούριον τοῦτο καὶ ἐς τὴν ἄλλην Ἀβασγῶν χώραν, ἥπερ ἀνδράσι ξύνδυο ἐρχομένοις ἀπόρευτος τυγχάνει
D οὖσα. μηχανῇ γὰρ οὐδεμιᾷ ἐστιν ὅτι μὴ κατ' ἄνδρα καὶ μόλις πεζεύοντα ἐνθένδε ἰέναι. τῆς τε ἀτραποῦ ταύτης ὑπέρκειται φάραγξ ἐς ἄγαν σκληρὰ ἐκ τοῦ φρουρίου διήκουσα μέχρι ἐς τὴν θάλασσαν. φέρεται δὲ καὶ προσηγορίαν τῆς φάραγγος ἀξίαν ὁ χῶρος, ἐπεὶ αὐτὸν ἑλληνίζοντες οἱ τῇδε ἄνθρωποι τὰ Τραχέα καλοῦσιν. ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στόλος μεταξὺ ὁρίων τῶν τε Ἀβασγῶν καὶ Ἀψιλίων κατέπλευσεν, Ἰωάννης δὲ καὶ Οὐλίγαγος ἐς τὴν γῆν τοὺς στρατιώτας ἀποβιβάσαντες πεζῇ ἐχώρουν, οἵ τε ναῦται ταῖς ἀκάτοις ἁπάσαις παρὰ τὴν ἠόνα τῷ στρατῷ εἵποντο. ἐπειδὴ
P 588 δὲ τῶν Τραχέων ὡς ἀγχοτάτω ἐγένοντο, ἐξωπλισμένους τε ὁρῶσιν Ἀβασγοὺς ἅπαντας καὶ τῆς ἀτραποῦ ὕπερθεν, ἧς ἄρτι ἐμνήσθην, κατὰ τὴν φάραγγα ὅλην ἐν τάξει ἑστῶτας, ἀμηχανίᾳ τε πολλῇ εἴχοντο ὅπῃ θέσθαι τὰ σφίσι παρόντα οὐδαμῇ ἔχοντες, ἕως ἐν αὐτῷ πολλὰ λογισάμενος Ἰωάννης ἄκεσίν τινα τοῦ κακοῦ εὕρετο. τὸν γὰρ Οὐλίγαγον ξὺν τῷ ἡμίσει τοῦ στρατοῦ ἐνταῦθα ἐάσας αὐτὸς τοὺς ἄλλους ἐπαγόμενος τὰς ἀκάτους ἐπλήρου. ἐρέσσοντές τε χῶρον τὸν τῶν Τραχέων περιῆλθόν τε καὶ διέβησαν ὅλον καὶ κατὰ νώτου τῶν πολεμίων ταύτῃ ἐγένοντο. ἄραντες οὖν τὰ σημεῖα ἐς αὐτοὺς ᾔεσαν. Ἀβασγοὶ δὲ τοὺς πολεμίους

2. εἰσάγουσά ἐστιν L. 3. ξύνδυο] ξυνδύο P. συνδύο L. 9. τῶν τε] τε τῶν H. 10. δὲ καὶ L. τε καὶ P. 16. ὅπῃ om. L. 18. εὕρετο Reg. εὕρατο P.

stium, difficultate loci insuperabili. Unus est ad castrum hoc et reliquam Abasgiam aditus, isque angustior, quam ut virorum par capiat aequis frontibus incedentium. Nam illac nonnisi singuli, et quidem pedibus, vix ire possunt. Subiacet ea semita convalli asperrimae, quae a castro ad mare usque evadit, et sibi conveniens dat loco nomen: eum enim Graeco vocabulo Thrachea [id est Aspera] appellant. Ergo Romana classe inter Abasgorum et Apsiliorum fines appulsa, Ioannes atque Uligagus, cum militibus in terram expositis iter agebant: nautae cum scaphis omnibus littus legentes exercitum sequebantur. Cum proxime Trachea ventum est, apparent Abasgi omnes armati, ac supra tramitem, cuius modo memini, in tota convalle stantes, instructa acie. Haesere diu, ignari quid consilii pro re caperent: donec Ioannes, attente secum meditatus, malo remedium invenit. Relicto enim ibi cum dimidia parte copiarum Uligago, ipse cum altera conscendit scaphas. Remigando flectunt, ac praetervehuntur Trachea, itaque a tergo hostium subeuntes, adversum illos sublatis vexillis tendunt. Abasgi ingruentem utrinque ho-

σφίσιν ἑκατέρωθεν ἐγκειμένους ὁρῶντες ἐς ἀλκὴν μὲν οὐκέτι ἔβλεπον, B οὐδὲ τὴν τάξιν ἐφύλασσον, ἐς ὑπαγωγὴν δὲ ξὺν πολλῇ ἀκοσμίᾳ τραπόμενοι πρόσω ἐχώρουν, οὕτω τῷ δέει καὶ τῇ ἀπ' αὐτοῦ ἀμηχανίᾳ συμποδιζόμενοι ὥστε οὔτε τὴν πατρῴαν σφίσι δυσχωρίαν ἔτι διαγινώσκειν ἐδύναντο οὔτε πη εὐπετῶς ἐνθένδε ἰέναι. Ῥωμαῖοι δὲ αὐτοῖς ἑκατέρωθεν ἐπισπόμενοί τε καὶ καταλαβόντες πολλοὺς ἔκτειναν. δρόμῳ τε ξὺν τοῖς φεύγουσιν ἐς τὸ φρούριον ἀφικόμενοι ἀνακεκλιμένης ἔτι ἐπιτυγχάνουσι τῆς ταύτῃ πυλίδος. οἱ γὰρ φύλακες ἐπιθεῖναι τὰς θύρας οὐδαμοῦ ἴσχυον, ἀλλὰ τοὺς φεύγοντας ἔτι ἐδέχοντο. τῶν τε φυγόντων τοῖς διώκουσιν ἀναμιχθέντων ἐπὶ τὰς πύλας ἵενται ἅπαντες, οἱ μὲν ἐπιθυμίᾳ τοῦ σώζεσθαι, οἱ δὲ τοῦ τὸ φρούριον ἐξελεῖν. ἀνακεκλιμένας οὖν C τὰς πύλας ὁρῶντες ξυνεισέβαλλον ἐς ταύτας ἀλλήλοις. οἱ γὰρ πυλωροὶ οὔτε διακρίνειν ἀπὸ τῶν πολεμίων τοὺς Ἀβασγοὺς εἶχον οὔτε τὰς πύλας ὑπερβιαζομένου τοῦ ὁμίλου ἐπιτιθέναι. καὶ οἱ μὲν Ἀβασγοὶ ἄσμενοι ἐντὸς τοῦ περιβόλου γενόμενοι ξὺν τῷ φρουρίῳ ἡλίσκοντο, Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἐναντίων κεκρατηκέναι οἰόμενοι πόνῳ δυσκολωτέρῳ ἐνταῦθα ὡμίλουν. τῶν γὰρ οἰκιῶν συχνῶν τε οὐσῶν καὶ οὐ λίαν διεχουσῶν ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ τρόπον τείχους πανταχόθεν ξυμπεφραγμένων, Ἀβασγοὶ ἐς αὐτὰς ἀναβάντες καὶ σθένει παντὶ ἀμυνόμενοι, τοὺς πολεμίους κατὰ V 195

1. ὁρῶντες] ἰδόντες Reg. 3. πρόσω ἐχώρουν, οὕτω] προσεχώρουν, οὕτως L. 4. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ. 9. ἴσχυον] εἶχον Reg. 11. ἵενται] Vulgo ἴενται. ἴονται L. ἴοντο Hm. 13. εὑρόντες συνεισέβαλον L. 20. συμπεφραγμένων L.

stem conspicati, omisso resistendi consilio, turbare ordines, et fuga incomposita loco cedere, ita metu districti, ut nec soli patrii salebras visu discernere, nec se illinc expedire facile possent. Romani hinc inde instant, multosque assecuti interimunt Cursu ad castrum usque progressi cum fugientibus, patentem adhuc eius portam offendunt. Neque enim ut fores obderent, adduci custodes poterant, fusa suorum agmina adhuc expectantes. Fugientes insequentibus permisti erant, et cuncti ad portam enitebantur, alios evadendi, alios occupandi castri extimulante studio. Itaque portam videntes patefactam, irruperunt promiscue; cum nequirent custodes, nec ab hostibus Abasgos secernere, nec valvas claudere prae impetu multitudinis. Abasgi, quamvis libenter suis moenibus se commiserant, tenebantur tamen cum castro. Romanis vero, qui debellatum esse cum hostibus rebantur, maior ibi labor se obtulit. Cum enim domorum inter se parum distantium densa series undique murorum instar munita esset; Abasgi illas ingressi, ac totis viribus obsistentes, in hostes tela desuper mittebant, metu hinc et terrore, illinc uxo-

κορυφῆς ἔβαλλον, δέει καὶ φόβῳ καὶ τῷ ἐς παῖδάς τε καὶ γυναῖ-
D κας ἐλέῳ καὶ τῇ ἐνθένδε ἀπορίᾳ ἐχόμενοι, ἕως Ῥωμαίοις ἐμπρῆσαι τὰς οἰκίας ἐς ἔννοιαν ἦλθε. πῦρ τοίνυν πανταχόθεν αὐταῖς ἀνάψαντες τοῦ ἀγῶνος παντάπασι τούτου ἐκράτησαν. Ὀψίτης μὲν οὖν, ὁ τῶν Ἀβασγῶν ἄρχων, ξὺν ὀλίγοις τισὶ φυγεῖν ἴσχυσεν, ἔς τε Οὔννους τοὺς πλησιοχώρους καὶ ὄρος τὸ Καυκάσιον ἀνεχώρησε. τοῖς δὲ δὴ ἄλλοις ἢ ξὺν ταῖς οἰκίαις ἐξηνθρακωμέναις τετεφρῶσθαι ξυνέβη, ἢ πρὸς ταῖς τῶν πολεμίων γεγονέναι χερσίν. ἐζώγρησαν δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τὰς τῶν ἀρχόντων γυναῖκας ξὺν γόνῳ παντί, τοῦ τε φρουρίου τὸν περίβολον ἐς ἔδαφος καθεῖλον καὶ τὴν χώραν ἔρημον κατεστήσαντο ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον. Ἀβασγοῖς μὲν οὖν τὰ τῆς ἀποστάσεως ἐς τοῦτο ἐτελεύτα, ἐν δὲ Ἀψιλίοις ἐγένετο τάδε.

P 589 H 332 ι΄. Ἀψίλιοι μὲν ἐκ παλαιοῦ κατήκοοι Λαζῶν τυγχάνουσιν ὄντες. ἔστι δέ τι φρούριον ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ ἐχυρὸν μάλιστα, Τζιβιλὸν αὐτὸ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι. τῶν δέ τις ἐν Λαζοῖς λογίμων, Τερδέτης ὄνομα, ὅσπερ εἶχε τὴν τοῦ καλουμένου Μαγίστρου ἀρχὴν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει, Γουβάζῃ τῷ τῶν Λαζῶν βασιλεῖ προσκεκρουκώς τε καὶ χαλεπῶς ἔχων, Πέρσαις ὡμολόγησε λάθρα τοῦτο δὴ ἐνδώσειν τὸ φρούριον, στράτευμά τε Περσῶν ἐπαγόμενος ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει ἐς Ἀψιλίους ᾔει. καὶ ἐπεὶ ἄγ-
B χιστα τοῦ φρουρίου ἐγένοντο, προτερήσας αὐτὸς ξὺν τοῖς ἑπομένοις οἱ Λαζοῖς ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένετο, ἐπεὶ οἱ τὸ φυλα-

1. κορυφῆς] κορυφὴν L. ibid. δέει] πόνῳ L. 3. αὐταῖς πανταχόθεν L. 9. τὰς τῶν] τὰς om. L. 11. κατεστήσατο L. 21. Ἀψιλίους] ἀψιλίαν Reg. 22. ἐγένοντο Reg. ἐγένετο P. ibid. ἑπομένοις οἱ L. οἱ ἑπομένοις P.

rum ac liberorum miseratione permoti, redactique in summas angustias: donec Romanis in mentem venit domos incendere. Illis igitur igne undique subdito, plenam huius pugnae victoriam adepti sunt. Opsites Abasgorum Princeps cum paucis elabendi copiam nactus, ad Hunnos finitimos et Caucasium montem concessit: caeteri vel cum tectis deflagrantibus in cinerem abiere, vel in manus venere hostium. Principum quoque uxores cum omni prole Romani ceperunt, et solo aequatis castri moenibus, regionem late desolarunt. Atque is fuit defectionis Abasgorum exitus: haec vero contigerunt apud Apsilios.

10. In Apsilia, iam Lazis ab aevo subdita, castellum est munitissimum, quod indigenae Tzibilum vocant. Terdetes autem, nobilis Lazus, et Magistri, ut appellant, dignitate insignis in sua gente, cum Gubazem Lazorum Regem graviter offendisset, Persis clam pollicitus traditurum se castellum illud, assumpto ad hoc Persico agmine, in Apsiliam sese contulit. Proxime castellum, cum Lazorum comitatu anteiit, introque acceptus est. Quippe Lazorum Praefecto, de quo nulla erat suspicio,

κτήριον ταύτῃ ἔχοντες ἀπιστεῖν τῷ Λαζῶν ἄρχοντι οὐδαμῆ εἶχον, οὐδεμιᾷ ἐς αὐτὸν ὑποψίᾳ ἐχόμενοι. οὕτω τε ἀφικόμενον τὸ Περσῶν στράτευμα τῷ φρουρίῳ ὁ Τερδέτης ἐδέξατο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Μῆδοι οὐ Λαζικὴν μόνην, ἀλλὰ καὶ Ἀψιλίους ἔχεσθαι πρὸς αὐτῶν τότε ᾤοντο. οὔτε δὲ Λαζοὶ οὔτε Ῥωμαῖοι ἀσχολίᾳ τῇ ἀμφὶ Πέτραν τε καὶ τῷ Μήδων στρατῷ πιεζόμενοι Ἀψιλίᾳ ἐπαμύνειν ἔσχον. ἦν δέ τις γυνὴ τῷ ἄρχοντι τοῦ ἐνταῦθα φυλα- C κτηρίου Ἀψιλία γένος, τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς μάλιστα. ταύτης δὴ τῆς γυναικὸς ἐκτόπως ἐρασθεὶς ἐξαπιναίως ὁ τοῦ Περσῶν στρατεύματος ἄρχων τὰ μὲν πρῶτα πειρᾶν ἤρξατο, ἔπειτα δέ, ἐπεί οἱ πρὸς τῆς γυναικὸς οὐδὲν προὐχώρει, βιάζεσθαι μελλήσει αὐτὴν οὐδεμιᾷ ἐνεχείρησεν. οἷς δὴ ὀξὺ θυμωθεὶς ὁ τῆς γυναικὸς ἀνήρ, αὐτόν τε νύκτωρ καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἐς τὸ φρούριον ἐληλυθότας ἅπαντας ἔκτεινε, παρανάλωμα τῆς τοῦ ἄρχοντος ἐπιθυμίας γεγενημένους, καὶ τὸ φρούριον ἔσχεν αὐτός. Ἀψίλιοί τε Κόλχων διὰ τοῦτο ἀπέστησαν, ἐπικαλοῦντες ὅτι δὴ σφᾶς πρὸς Περσῶν D κακουμένους οὐδαμῆ ἤμυνον. ἀλλὰ Γουβάζης Ῥωμαίων χιλίους καὶ Ἰωάννην τὸν Θωμᾶ υἱόν, οὗπερ ἔναγχος ἐπεμνήσθην, ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν· ὅσπερ αὐτοὺς πολλὰ τιθασεύων ἐπαγαγέσθαι ἀμαχητὶ ἔσχε καὶ Λαζῶν κατηκόους κατεστήσατο αὖθις. τὰ μὲν οὖν ἀμφί τε Ἀψιλίοις καὶ Τζιβιλῷ τῷ φρουρίῳ τῇδε ἐχώρησεν.

4. Ἀψιλίους] ἀψιλίαν Reg. ibid. πρὸς αὐτῶν τότε] τότε πρὸς αὐτὸν L. 6. Πέτραν] πέτρᾳ Reg. ibid. τῷ — στρατῷ Reg. τὸν — στρατὸν P. ibid. Ἀψιλίᾳ] ἀψιλίοις Reg. 8. ταύτης δὴ L. ταύτης δὲ P. 9. ἐρασθεὶς] ὑπεραγασθεὶς H. 13. ἐληλυθότας] εἰσεληλυθότας Reg. 15. τὸ φρούριον] τὸ om. L. 17. οὐδαμῆ ἤμυνον] προσποιεῖσθαι οὐδαμῆ ἤθελον. 19. τιθασεύων L. τιθασσεύων P.

praesidiarii diffidere non poterant. Simul affuit Persarum agmen, id Terdetes in castellum admisit: eoque factum est, ut Medi non solum Lazica, sed Apsilia etiam potiri se tunc temporis existimaverint. Lazes autem et Romanos Persarum exercitus ad Petram ita distinuit, ut Apsiliae ferre opem neutri valuerint. Qui castelli illius praesidio praeerat, uxorem habebat, Apsiliam genere, formosissimam: cuius insano amore repente captus Persarum Dux, primo tentavit eam illecebris, deinde, cum nihil proficeret, vi subita comprimere aggressus est. Hinc ira ardens maritus feminae, eum, et quotquot in castellum cum ipso venerant, noctu interfecit; horum caede, tanquam auctario, poenam libidinis illius cumulans. Tum ipse castellum obtinuit, et a Colchis defecerunt Apsilii, eos insimulantes, quod se a Persis male habitos non adiuvissent. Verum illuc a Gubaze cum Romanis mille missus Thomae filius Ioannes, cuius mentio proxime incidit, Apsilios citra pugnam, multis videlicet blanditiis, subegit, et ad Lazorum obsequium revocavit. Haec de Apsiliis et Tzibilo castello dicere habui.

Ὑπὸ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον Χοσρόῃ ξυνέβη μηδὲ τὸν γόνον
τῇ ἀπανθρωπίᾳ τῇ αὐτοῦ ἀνέπαφον μεῖναι. τῶν γάρ οἱ παίδων
P 590 ὁ πρεσβύτατος Ἀνατώζαδος ὄνομα (δύναται δὲ τοῦτο τῇ Περ-
σῶν φωνῇ ἀθανατίζων) προσκεκρουκὼς αὐτῷ ἔτυχεν, ἄλλα τε
πολλὰ τῇ ἐς τὴν δίαιταν παρανομίᾳ ἐξαμαρτὼν καὶ ταῖς γυναιξὶ
τοῦ πατρὸς ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἐς εὐνὴν ξυνιών. τὰ μὲν οὖν πρῶτα
φυγῇ τὸν παῖδα τοῦτον ὁ Χοσρόης ἐζημίωσεν. ἔστι δέ τις ἐν
Πέρσαις Οὐαζαΐνη χώρα, ἀγαθὴ μάλιστα, οὗ δὴ πόλις Βηλα-
πατὼν καλουμένη οἰκεῖται, ἑπτὰ ἡμερῶν ὁδῷ Κτησιφῶντος διέ-
χουσα. ἐνταῦθα τοῦ πατρὸς ἀπαγγείλαντος Ἀνατώζαδος οὗτος
V 196 διατριβὴν εἶχε. τότε δὲ τῷ Χοσρόῃ χαλεπώτατα νοσῆσαι ξυνέ-
βη, ὥστε καὶ ἐλέχθη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι· νοσώδης γὰρ
ἦν ὁ Χοσρόης φύσει. ἀμέλει καὶ τοὺς ἰατροὺς πανταχόθεν πολ-
B λάκις ἀμφ' αὐτὸν ἤγειρεν, ἐν οἷς καὶ Τριβοῦνος ὁ ἰατρὸς ἦν,
Παλαιστῖνος γένος. ὁ δὲ Τριβοῦνος οὗτος λόγιος μὲν ἦν καὶ τὰ
ἐς τέχνην τὴν ἰατρικὴν οὐδενὸς ἥσσων, ἄλλως τε σώφρων τε καὶ
θεοφιλὴς καὶ τῆς ἐπιεικείας ἐς ἄκρον ἥκων. καί ποτε Χοσρόην
κακῶς τοῦ σώματος ἔχοντα ἰασάμενος ἀπηλλάγη ἐκ τῆς Περσῶν
χώρας, δῶρα πολλά τε καὶ λόγου ἄξια πρὸς τοῦ ἀνθρώπου κεκο-
μισμένος. ἡνίκα τοίνυν ἡ ταύτῃ προτέρα ἐκεχειρία ἐγένετο, Ἰου-

1. *μηδὲ τῶν γότθων τῇ ἀνθρωπίᾳ* L. 2. *μεῖναι* Reg. *εἶναι* P. 3. *Ἀνατώζαδος*] *ἀνασώζαδος* Reg. 6. *ξυνιών*] *συνιὼν* L. 8. *Βηλαπατὼν* Reg. *Λαπατὼ* P. 10. *Ἀνατώζαδος*] *ἀνασώζαδος* L. 12. *νοσώδης — φύσει* Reg. *νοσώδους — φύσεως* P. 14. *οἷς* Reg. *τοῖς* P. *ibid.* *Τριβοῦνος*] Locum de Tribuno citat Suidas s. h. v. 15. *Παλαιστῖνος* Suidas. *Παλαιστινὸς* P. *παλαιστηνὸς* L. *ibid.* *λόγιος*] *λόγιμος* H. 18. *τῆς περσῶν* L et Suidas. Vulgo *τῆς τῶν Περσῶν*. 20. *ταύτης* L a pr. m. *ibid.* *πρότερα* om. L.

Sub idem tempus contigit ut Chosrois inhumanitatem vel ipsa eius proles experiretur. Filiorum illius natu maximus, Anatozadus nomine, quod Persice idem est ac *Donans immortalitatem*, ipsum offenderat, praeter alia multa licentissimae vitae flagitia, non veritus cum uxoribus paternis concumbere. Ac primo Chosroës filium hunc multavit exilio. Est Vazaine Persidis regio imprimis fertilis, et in ea urbs Lapato, a Ctesiphonte dierum septem itinere dissita. Hic iussu patris degebat Anatozadus. Interea Chosroës morbum adeo gravem contraxit, ut ipsius obitum fama nuntiaret. Erat enim natura valetudinarius Chosroës. Profecto medicos saepe undique cogebat: quo in numero fuit Tribunus, genere Palaestinus, vir eruditus, nec cuiquam secundus artis Medicae peritia, singulari idem moderatione, pietate in Deum egregia, summaque mansuetudine praeditus. Aliquando, cum Chosroëm male se habentem sanasset, e Perside rediit, multis ac magnificis donis ab ipso auctus. Quando autem hae priores induciae pactae sunt, a Iustiniano Au-

στινιανὸν βασιλέα Χοσρόης τὸν ἰατρὸν τοῦτον ξυνδιαιτησόμενον
αὐτῷ ἐς ἐνιαυτὸν ᾔτησε δοῦναι. τῆς τέ οἱ ξυνδιαιτήσεως ἐπιτε-
λεσθείσης, ὥσπερ μοι ἔμπροσθεν εἴρηται, ἐκέλευε τὸν Τριβοῦνον
ὁ Χοσρόης αἰτεῖσθαι ὅτου ἂν δέηται. ὁ δὲ ἄλλο οὐδὲν ᾔτει τῶν C
πάντων χρημάτων ἢ ὥστε οἱ Ῥωμαίων τῶν αἰχμαλώτων τινὰς
Χοσρόην ἀφεῖναι. ὁ δέ οἱ ἄλλους τε τρισχιλίους ἀφῆκε καὶ ὅσους
πρὸς ὄνομα ἐξητήσατο ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις λογίμους ὄντας, κλέος
τε μέγα ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ἐς πάντας ἀνθρώπους ὁ Τριβοῦνος
ἔσχε. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ξυνηνέχθη γενέσθαι.

Ἐπειδὴ δὲ Ἀνατώζαδος τὰ Χοσρόῃ τῷ πατρὶ ἀμφὶ τῇ νόσῳ
ξυμπεσόντα ἔγνω, τῆς βασιλείας ἐπιβατεύων, νεώτερα πρά-
γματα ἔπρασσε. τοῦ τε πατρός οἱ ῥαΐσαντος, οὐδέν τι ἧσσον
τήν τε πόλιν αὐτὸς ἀποστήσας καὶ ὅπλα ἀντάρας ἐς τὸν πόλεμον
ἀκμάζων ᾔει. ταῦτα ὁ Χοσρόης ἀκούσας στρατιάν τε καὶ στρα- H 333
τηγὸν Φάβριζον ἐπ' αὐτὸν ἔπεμψε. νικήσας οὖν τῇ μάχῃ ὁ Φά- D
βριζος ὑποχείριόν τε τὸν Ἀνατώζαδον πεποιημένος παρὰ Χοσρόην
οὐ πολλῷ ὕστερον ἤνεγκε. καὶ ὃς τοὺς τοῦ παιδὸς ὀφθαλμοὺς
ἐλωβήσατο, οὐ τὰς ὄψεις ἀφελόμενος, ἀλλὰ τὰ βλέφαρα τά τε
ἄνω καὶ τὰ κάτω ἀκοσμίᾳ πολλῇ ἀντιστρέψας. περόνην γὰρ σι-
δηρᾶν πυρακτώσας τινὰ καὶ ταύτῃ μυόντοιν τοῖν τοῦ παιδὸς
ὀφθαλμοῖν ἔξω χρίσας, οὕτω δὴ τῶν βλεφάρων τὸν κόσμον λω-
βήσασθαι ἔσχε. ταῦτα δὲ Χοσρόης τούτου δὴ ἕνεκα ἐποίει μό-

1. συνδιαιτησόμενον L et Suidas. 2. ξυνδιαιτήσεως] αἰτήσεως Suidas. 3. ἐκέλευε] ἐκέλευσε L et Suidas. 5. τινὰς] τινὰ H. 6. ἄλλους τε Suidas. Aberat τε. 7. λογίμους] λογίους Suidas. 10. Ἀνατώζαδος] ἀνασώζαδος L. 12. οἱ om. L. 16. Ἀνατώζαδον] ἀνασώσανδον Reg. hic et p. 591 a. 21. λωβήσασθαι] βιάσασθαι L.

gusto Chosroës postulavit, ut medicum hunc apud se anno uno manere sineret. Elapso illo domesticae consuetudinis spatio, uti supra diximus, instituit Tribuno Chosroës, ut quidquid opus haberet posceret. Ille pro omni pecunia nihil aliud petiit, nisi captivorum Romanorum aliquot libertatem. Dimisit ei Chosroës non modo ex nobilitate bello capta quoscumque nominatim petierat, sed alios ad tria millia: unde apud omnes magnam Tribunus gloriam est consecutus. Haec hactenus.

Ubi Chosroëm patrem suum teneri morbo audiit Anatozadus, potestatem sibi regiam arrogans, res novas moliri coepit. Deinde confirmata patris valetudine, nihilo is minus urbem ad defectionem induxit, sumptisque armis, bellum iuvenili ardore ferox suscepit. His Chosroës auditis, in eum copias misit, Phabrizo duce: qui victum acie Anatozadum cepit, nec multo post ad Chosroëm duxit. Ille oculos filii mutilavit, non illata coecitate, sed palpebris supra infraque foedissime inversis. Nempe clausis ipsius oculis candentem acum ferream forinsecus admovens, pal-

νον, ὅπως ἂν τῷ παιδὶ ἀναστέλληται ἡ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ ἐλπίς. ἄνδρα γὰρ λώβῃ ἐχόμενον οὐκέτι ὁ νόμος ἐφίησι βασιλέα καθίστασθαι Πέρσαις, ὥσπερ μοι κἀν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη.

P 591 ια'. Τῷ μὲν οὖν Ἀνατωζάδῳ τά τε τῆς τύχης καὶ τὰ τοῦ τρόπου ἐς τοῦτο ἐτελεύτα· τὸ δὲ πέμπτον ἔτος τῆς ἐκεχειρίας διήνυστο. καὶ Πέτρον μὲν ἄνδρα πατρίκιον, τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν ἔχοντα, παρὰ Χοσρόην Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔστελλεν, ἐφ' ᾧ τὰς σπονδὰς ἀμφὶ τῇ ἑῴᾳ παντάπασι διοικήσεται. ὁ δὲ αὐτὸν ἀπεπέμψατο, ἕψεσθαί οἱ ἄνδρα οὐκ ἐς μακρὰν ὑποσχόμενος τὸν ταῦτα διαθησόμενον, ὅπῃ ἑκατέροις ξυνοίσειν μέλλει. Ἰσδιγούναν τε αὖθις οὐ πολλῷ ὕστερον ἔπεμψεν, ὀφρυάζοντά τε
B καὶ ἀλαζονείᾳ τινὶ ἀμυθήτῳ ἐχόμενον, οὗ δὴ ὅ τε τῦφος καὶ τὸ φύσημα φορητὸν εἶναι Ῥωμαίων οὐδενὶ ἔδοξεν. ἐπήγετο δὲ τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὸν ἀδελφὸν, ἑπομένων τε θεραπόντων πάμπολυ πλῆθος. εἴκασεν ἄν τις ἐς παράταξιν τοὺς ἄνδρας ἰέναι. εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ δύο τῶν ἐν Πέρσαις λογιμωτάτων, οἳ δὴ καὶ διαδήματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν χρυσᾶ ἐφό-
V 197 ρουν. ἔδακνέ τε τοὺς ἐν Βυζαντίῳ ἀνθρώπους, ὅτι δὴ αὐτὸν
C Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς οὐ κατὰ πρεσβευτὴν, ἀλλὰ πολλῷ ἔτι μᾶλλον φιλοφροσύνης τε καὶ μεγαλοπρεπείας ἠξίωσε. Βραδου-

1. ὅπως] ὅπερ H. *ibid.* ἐπὶ τῇ HL. τῇ om. P. 3. μοι om. L. 5. Τῷ] Legebatur Τὰ. 9. διοικήσεται] διοικήσονται L. 12. Ἰσδιγούναν] ἰσδιγούσναν Reg. ἰσδιαγούναν H. *ibid.* ὀφρυάζοντα] Suidas s. v. ὀφρυάζω. 14. ἔδοξεν L. ἔδοξεν εἶναι P. 15. τοὺς παῖδας] τὰς παῖδας L. 16. ἐς] εἰς L. 21. Βραδουκίων] βαδίκιος Reg. βραδίκιος H.

pebris decus abstulit. Quod eo solum animo fecit Chosroës, ut filio regnandi spem eriperet. Nam regnum Persicum lex mutilo deferri vetat; quemadmodum in superioribus libris commemoravi.

